Rolf Arpi

Catalogus crit. et hist.-lit.
codicum CLIII manuscr. borealium
præcipue isl. .. in bibl. Bodleiana
auct. Finno Magnæo isl.

Londini MDCCCXXXII.

CATALOGUS

CRITICUS ET HISTORICO-LITERARIUS

CODICUM CLIII. MANUSCRIPTORUM

BOREALIUM

PRÆCIPUE ISLANDICÆ ORIGINIS,

QUI NUNC IN BIBLIOTHECA BODLEIANA ADSERVANTUR,

AUCTORE

(QUI ET LIBROS IPSOS COLLEGERAT)

FINNO MAGNÆO, ISLANDO.



OXONII,

E TYPOGRAPHEO ACADEMICO.

MDCCCXXXII.

EXPLICATIO SIGNATURARUM.

A. Manuscripta inedita, vel typis non vulgata.

B. Exemplar verisimiliter unicum jam existens.

C. ——— scripti editi, at futuræ editioni vel justæ interpretationi critice adhibendum.

D. Auctoris autographon.

E. Interpretis, collectoris systematici, vel commentatoris critici, autographon.

CATALOGUS.

In Folio.

ERICIANA, sive Collectio excerptorum et observationum celeberrimi Jurisconsulti atque Archæologi, Johannis Erici, (aut *Jonæ Erichsen*) Regi Daniæ a conferentiis Consiliarii &c., olim Professoris Juris in nobili Academia Sorana—ad historiam et literaturam veterum Borealium in genere pertinens, et Islandorum in specie; jam ita divisa: 1. B. D.

FASCICULUS PRIMUS.

Philologica historicis mixta.

Art.

1. Ad originem linguarum borealium orientalem, necnon de populorum incunabulis.
2. De nexu Alanorum, Gothorum, Dacorum, et pl.
3. De linguarum harmonia, in specie autem Persicæ, Gothicæ, Mœso-Gothicæ &c.
4. Ad historiam linguæ Danicæ, sive Borealium veterum antiquissimam; de origine literarum Runicarum &c.
5. I. Lexidion vocum antiquarum, quarum præcipue: α. Konúngr, Kúngr, Kóngr; [Dan. *Konning, Konge;* Svec. *Konung, Kung;* Germ. *König;* Belg. *Conink;* Angl. *King*, &c.] β. Odal (allodium.) γ. Iol; [*Yole*, Dan. et Svec. *Jul, Yul;* Germano-Bavarice, *Jule, Yule;* Angl. et Scot. *Yule.*] δ. Nomina propria regionum; ut, Svíþiód, Svidþiód; [*Sweden, Svecia, Svionia;*] Orkneyar, *Orkneys, Orcades,*] et pl.

   II. Voces rariores ex Gulielmi Lambardi indice vocum in Archaionomiam Anglicam, Londini, 1568, additis propriis Erichsenii annotationibus, (e. g. scíre, *shire;* teoðung, *tithing;* gebure, (Belg. *Bowre;* Germ. *Bauer;* Isl. Búri, *colonus, rusticus;*) gegylda, gemote, siðcundman, heregeat, lahslite, ordeal, (ordæl,) &c. Accedit

Folio. porro conspectus Legislatorum Angliæ, ab Ina Rege, A° 712. ad Guilielmum Bastardum, A° 1087.

III. De origine et nexu variorum (Gothicorum, Islandicorum, Germanicorum, Anglo-Saxonicorum, et proprie Britannicorum) vocabulorum. &c.

Octavo. 6. Varia de lingua Germanica, Septentrionali, Wallensi, Vasconum Hispaniæ, Gallica antiqua, Albanica, et pl. Accedit schedula de nomine Sveciæ (de quo etiam supra.)

FASCICULUS SECUNDUS.

De re literaria Veterum Borealium in genere, et de literatura Islandica in specie.

Art.

Folio. 1. De re literaria Veterum Borealium:

α. Excerpta e Syvii, Sperlingii, Biœrneri, et pl. rarioribus et partim ineditis scriptis.

β. Enumeratio librorum Islandicorum, qui in Svecia sunt impressi, et antiquiori literaturæ adscribendi.

γ. De Runicis litteris, et vetustissima Septentrionalium poësi, et de vario Runarum genere.

δ. De Codice vetustissimo, Islandiæ, literis Hibernicis, exarato, qui seculo 9no in Islandiam ex Hibernia, a viro nobili inde fugiente, translatus esse et seculo quoque 13mo et serius exstitisse fertur.

ε. De Runicarum literarum usu, inter gentiles Islandos, varia vetustatis testimonia.

ζ. De tempore, quo plures Islandorum historiæ sint conscriptæ.

η. De initiis et fontibus Historiæ Danicæ.

2. Ad Historiam Literariam Islandiæ spectans—de viris celeberrimis Sæmundo, Brynolfo Svenonio, Arngrimo Jona, Gudmundo Andreæ, Magno Olavio et Stephano Olai &c.

3. De auctore Skaldæ; Snorrone Sturlæo; ænigmatibus Islandicis et pl.

4. Eruditio Veterum Borealium, &c.

α. De Scaldis aut Poëtis Haraldi Pulchricomi (primi Norvegiæ Monarchæ) &c.

β. De scribendi arte, vetustissimis Germanis cognita et pl. FOLIO.

γ. De Germanica Tuscorum sive Etruscorum (Italiæ) origine. (Nuper iterum a celeb. Niebuhrio disquisita.)

δ. De Usu Crucis apud Gentiles.

ε. De Translatione Islandica vetere, et recentiore Germanica Prophetiæ Merlini (Scoti,—editæ Francofurti, 1602.) Cf. infra N°. 116.

FASCICULUS TERTIUS.

De Politia et Jure Veterum Borealium in genere, et Islandorum in specie, &c.

Art.

1. De dignitatibus atque honoribus in ipsa Scandinavia, præcipue Dania.
2. De modo occupandi et imperandi a primis Islandiæ habitatoribus et magnatibus exercito.
3. Ad justitiæ et juris historiam pertinens (in prisca Norvegia et Dania.)
4. Enumeratio præcipuorum Islandiæ jurisconsultorum, tempore reipublicæ.
5. Reliquiæ regiminis antiqui in pœnis, apud Romanos et Illyrios.
6. Notæ criticæ ad leges vetustas Svio-Gothorum, adhibitis glossis Anglo-Saxonicis et pl.
7. De suppliciis veterum.
8. Principia regiminis ac politiæ inter priscos Septentrionis Magnates.
9. De initiis Christianismi et Hierarchiæ (aut juris ecclesiastici) in Islandia.

FASCICULUS QUARTUS.

De educatione infantum apud Germanos et Scandinavos, ac veterum Islandorum indole, principiis ethicis et politicis, virtutibus et vitiis.

Art.

1. Educatio infantum.
2. De indole morali priscorum Islandorum e. g. eorum taciturnitate, &c. — cum annexa schedula.
3. Præjudicia auctoritatis.
4. Studium conservandi familias (e. g. Sturlungorum) &c.
5. Segnities et cunctatio, atque earum causæ.
6. De pertinacia ingenii Islandici, ac diuturnis odiis, et firmissima amicitia, ut inde ortis.

Folio. 7. α. Honesta æmulatio, et opposita invidia.

β. De ingenio Islandorum in specie, et Scandinavorum in genere.

8. Fortitudo veterum Islandorum.

9. Eorum insignis candor et fidelitas, gentili partim religioni adscribenda.

FASCICULUS QUINTUS.

De gentilium Borealium religione, cosmogonia, idololatria, et magia, festis, solennitatibus, &c.

Art.

1—3. Varia ad religionem, magiam, &c. spectantia.

4. De festis et solennitatibus convivialibus, tam sacris quam profanis.

5, 6. De gentilium Scandinavorum ac Islandorum hospitalitate, tessera hospitali, ac pluribus huc pertinentibus.

7. De computo anni apud veteres.

FASCICULUS SEXTUS.

De priscorum Scandinavorum ludis, exercitiis, cimeliis, vestitu, militia et armis.

Art.

1, 2. De ludis, spectaculis, et exercitiis, in Svecia, Norvegia, Dania et Islandia.

3. Cimelia, sive res pretiosæ, in antiquis historiis memoratæ.

4. De vestitu gentilium Norvegorum et Islandorum.

5, 6. Ingenia, exercitia, et arma militaria; item de xylosoleis, venatione, et pl.

FASCICULUS SEPTIMUS.

Art.

1—23. Collectio amplissima locorum memorabilium, e vetustis Islandorum historiis excerpta, ad omnes Borealis archæologiæ partes spectans; ut hominum formam, vires, ingenia et mores, veterum Scandinavorum, et Islandorum præcipue, religionem, sacra, superstitiones, scientias, scripturam Runicam, politicen, jurisprudentiam, leges, ordalia, juramenta, homagia, feuda, comitia, dignitates, ceremonias, liberorum et servorum conditionem, œconomiam ruralem et domesticam, legalem pauperum sustentationem, mercaturam, vectigalia, navigationem, piscaturam, piraticam, ædificia, munimenta, militiam, venationes, artes,

conventus, convivia et ludos, vestitum, ornatum, arma, tubas, utensilia, balnea, conjugia, sodalitia, medicinam et veneficia, supplicia, sepulturam, et pl.: cum indice continuo marginali. FOLIO.

24. Annotationes ad Procopii, Jornandis, Pauli Warnefridi, et pl. relationes de veteribus Gothis, Vandalis, Longobardis, et cognatis populis, (partim quoad parallela Scandinavica.)

FASCICULUS OCTAVUS.

Antiquitates militares terra marique.

Art.

1. De militari Veterum Germanorum, Thracum, et pl.

2—5. De militia priscorum Scandinavorum, præsertim eorum armis, et apparatu bellico, tormentis, navibus classicis, oppugnationis et obsidionis modis, stratagematibus, &c.

6. De eorumdem, et plurium exercitiis, et artibus.

Tota hæcce viri celeberrimi autographa, unicam et ineditam collectionem formant.

DOCTISSIMI Archæologi, Gunnaris Pauli, Præpositi Islandici, Observationes in celeb. Schœningii Origines Septentrionales. (Autographum ineditum.) **2.** B. D.

RESPONSUM Interpretis cujusdam Eddæ, et Commentatoris nuperi: *a.* de auctoribus utriusque Eddæ; *b.* de nomine Edda; *c.* de argumentis, seu contentis, utriusque Eddæ, atque earum veterum additamentorum et pl. Latine; Auctore celebri Archæologo, Johanne Olavio Grunnavicense, Islando, seniore.) (Autographum ineditum.) **3.** B. D.

EJUSDEM Disquisitio de codicillis, vel literis antiquis, quæ vulgo Breve (i. e. *Diplomata*) vocantur: nimirum de earum historia, usu, et dispositione (scilicet materia, literatura, numeris, sigillis, atramenti Islandici præstantia, methodo colligendi, disponendi, et compingendi, literas antiquiores, &c.) (Autographum ineditum, atque unicum forte jam existens exemplar) (Danice, cum margin. Latin.) [Fuit auctor superiorum duorum scriptorum celeberrimo Arnæ Magnæo a secretis, et primus ipsius ad Codices veteres boreales conservandos, et explicandos legati Stipendiarius. **4.** B.

FOLIO. Enumerat prooemium vetustissima Daniæ, Norvegiæ, et Islandiæ, quæ existunt, diplomata; necnon codices quosdam, talium apographa continentes, qui, Arnæ Magnæo proprii, periêre in fatali Havniæ incendio 1728 &c. In disquisitione ipsa enarrantur varia diplomatum Islandicorum fata e. g. naufragia vel similia infortunia, cæca reformatorum erga ea et alia vetustatis scripta persecutio &c. Insertæ leguntur strophæ aliquot e doctissimi episcopi Brynjulfi (vel Brynolfi) Svenonii "Crucis Encomio" (de religionibus Septentrionis, atque Angliæ; scilicet Catholicæ ac Græcæ oppositis &c.) pro sui seculi genio maxime memorabiles.]

5. A. D. CHRONOLOGIA Postremorum Norvegiæ Regum, ex Stemmate Haraldi Pulchricomi, ad rem diplomaticam illustrandam. Auctore immortali Arna Magnæo. (Autographum ineditum, Latine.) (Incipit a Rege Hacone Annoso, in Oreadibus defuncto.)

6. A. ac partim B. COLLECTIO præstantissima Poëmatum veteris Scandinaviæ, et priscæ ac recentioris Islandiæ, quæ, inter alia, continet,

I. Poëmata vetustioris ævi;

α. Haralds Ævi ("vitam Haraldi Sigurdini Norvegiæ Regis;" seculo XI^mo in Anglia prœlio cæsi.) Prooemium carminis sequentis, rarissimum atque ineditum.

β. Pars altera ejusdem carminis, dicta Utfarar Saga Haralds Kongs, de Principis ejusdem gestis inter Byzantinos, Græcos, Italos, Africanos, Saracenos et alias gentes. (Attribuitur poëtæ sec. II^mi. Amori Jarlaskald.)

(Sunt carmina hæcce omnino inedita, ac vix in ulla publica manuscriptorum collectione jam existentia, hic accuratissime scripta.)

γ. Ode rara ac vetusta, de uno ejusdem regis stratagemate; inedita. (Fuit forte adhibita in choreis, quæ olim in Islandia Vikivaki dictæ sunt.)

δ. Geisli i. e. jubar,—carmen medii ævi de Olavi Sancti, Norvegiæ regis (sec. XI^mo.) præstantia, et multis miraculis.

ε. Aliud vetustum ac rarum, de eodem sancto rege, carmen ineditum.

ζ. Norvegs Konúnga Ævi: "Vitæ Regum Norvegicorum." Poëma

maximi, quoad historiam et totius Septentrionis chronologiam, pretii, quum Sæmundi Multiscii lucubrationum epitomen reddat, tempore Sverreris regis (nostra sententia, circa annum 1190) exaratum, quamvis celeberrimus Erichsenius id pro antiquiore habuerit. Fuit ab auctore dedicatum Jonæ Lopti, (Sæmundi Multiscii nepoti, ac Snorronis Sturlæi nutricio,) qui filiam regis Norvegiæ, Magni Nudipedis, (in Hibernia armis cæsi,) in matrimonio habuit, unde præstantiores Islandorum adhuc vigentes familiæ (ac multi simul doctissimi viri) ortæ sunt. Adscribitur, a librario hujus exemplaris, vel ejus protypi, Snorroni Sturlæo, sed verisimiliter perperam; (nisi primæ ipsius juventutis opus sit;) est enim (ut videtur) ejus adulta ætate paullo antiquius. Folio.

Exemplar hocce continet præstantissimi hujus carminis recensionem, mundo erudito adhuc omnino incognitam. Unica alia prius innotuerat, celeberrimo Flateyensi Codici (in Bibliotheca regia Havniensi) inserta, cujus apographum doctissimus Erichsenius edidit Havniæ 1787 in 4to, sub sequente titulo: ***Jon Loptsöns Encomiast eller en ubenævnt Forfatters Lykönskningsvers til ham, indeholdende en Fortegnelse og Tidsregning over de Norske Enevoldskonger, fra Harald Haarfager til Kong Sverrer,*** &c. Addidit insuper Danicam suam versionem, et annotationes quasdam &c. Codex Flateyensis carmini nostro hanc inscriptionem adhibet: Her hefir Noreghr Kónga tal, er Sæmunds Fródi ordti: i. e. ***Hic incipit enumeratio*** (*sive elenchus*) ***Regum Norvegiæ, quam Sæmundus Multiscius composuerat.*** Hoc de priore poëmatis parte veritati congruit, quum ista ex ejus operibus sit excerpta; quamvis ipse non pro illius auctore sit habendus. Inscriptio illa nostri exemplaris prototypo defuit. Hinc suspicatus, quod nostrum alii matrici, ac Flateyensis Codex, suam debuerit originem, atque amborum igitur collationem aggressus, statim illius conjecturæ indubiam veritatem sum compertus. Probant hocce permultæ, ac partim graves, variantes lectiones, et criticæ notæ, quas nostro codici nunc adjeci. Plura Flateyensis absurda menda nostro ita corriguntur e. g. avdlíngs de Lokio, ut de nobili principe dictum, nam is in hacce recensione, pro propria indole, Asa-dólgs (i. e.

FOLIO. Asarum aut deorum hostis) epitheto indicatur; vox pravissima fadmins alia rite poëtica frænings feliciter deletur; pro ignoto atque improprio fram-merkvr, hic recte scribitur Finnmerkvr: præter plura alia quæ nostra collatio adfert. Flateyensis Codex nihilominus e contrario aliquot, in levioris notæ vocabula, meliores lectiones præbet, ut utriusque scriptiones jam primum utilissimi illius carminis probam futuram editionem præstent. Est igitur recensio hæc præsentis codicis pretiosissimum ornamentum.

η. Nikolas-diktr: i. e. *Encomium S. Nicolai* (Russiæ Patroni, ævo catholico in Islandia etiam culti, quapropter ei templum ibi celeberrimum atque antiquissimum Oddense adhuc existens est dedicatum. (Ineditum et rarum.)

θ. Sex varia in Sanctam Mariam rhythmica eulogia (quorum quinque inedita ac rara.)

ι. Alia duo in Sanctam Crucem (inedita.)

κ. Kötlu-draumr, (*Somnium Katlæ,*) poëma vetustum, describens amores humanæ mulieris, et Alfi sive Genii cujusdam—Medii ævi Islandorum de talibus entibus (quæ Britannis vocantur *elves, fairies, the good people,* &c.) superstitiones illustrans. (Cf. N°. 132, 6.)

λ. Liúflings lióð, (*Neniæ nutricularum pervetustæ*) ejusdem ut videtur farraginis: hinc denominatio melodiæ Liúflíngr lag. Est vox Liúflíngr eadem ac German. *Liebling,* quasi dixeris Anglice *Loveling* pro *Darling.*

μ. Skída-ríma: i. e. *Carmen de somnio Schidonis* (Iri Islandici), circa annum 1360, concinne exaratum ab Einare Thordao, dicto Fóstri. (Agit præcipue de mendici illius itinere ad Valhallam, et pugna Einherorum (aut héroum) Odini &c.) Accedit,

ν. Ejusdem carminis Latina, atque elegantissima quidem, paraphrasis, auctore Johanne Vidalino, Celeberrimo Schalholtensi Episcopo.

ξ. Fragmenta Vaticinii Merliniani, translata a viro percelebri, Gunlogo, Monacho Thingeysensi in Islandia. Cf. N°. 1. (Fasc. 2. ð. 116.)

II. Claves metricæ priscæ Borealium, ac recentioris Islandorum Poëseos. (exemplis metrorum ævi perplurimis illustratæ.)

α. Snorronis Sturlæi (circa annum 1220.) Folio.

β. Lopti Guttormiani, Magnatis Islandici, (circa annum 1400.)

γ. Biarnii Gissuridis (circa annum 1660.) Hæc ejus metrica clavis in doctiss. H. Einari Sciagraphia Literaturæ Islandicæ non memoratur. Cf. N°. 78.

δ. Thorlaci Gudbrandini Vidalini, Poëtæ ingeniosissimi, exarata circa annum 1680.

III. Varia Poëmata Insignium Vatum: Theodori Magnæi, Oddi Theodorei, Gudmundi Bergthoridis, rustici autodidacti; pauperie, imbecillitate, et monstrosa corporis forma, vexati—(ut ejus Heimsspekinga skoli sive ***Schola Philosophorum;***) Medallands salmr, i. e. Satyra in Medallandiæ incolas; Skautaliôð, i. e. Satyra in calanticas mulierum, cum variorum celebrium poëtarum responsis, e. g. Stenonis Jonæi, (Episcopi Holensis;) Jonæ Sigurdini, (ut ejus Tíma-ríma, i. e. rythmica seculi descriptio, allegoria ingeniosissima;) Hallgrimi Petræi, (comica quædam et ethica;) Benedicti Jonæi; Benedicti Magnæi Bech; Stephani Olavii; Eggerhardi Olavii; Jonæ Stenonii Bergmanni; Biarnii Gissuridis, et aliorum. Est serius insertum Jonæ Thorlacii (Miltoni Interpretis) proprium epitaphium.

IV. Carmina multa Anonymorum; ut Hugsvinnsmál, (Sermones Sapientis;) Skipafregn, (comica descriptio rusticorum Islandorum, verno tempore de navium peregrinarum adventu, et novis ita allatis sciscitantibus, ac confabulantibus;) Luckusprâng, (Fortunæ saltatio, sive genethlialogia, ludo certo, ut videtur, olim adhibita;) descriptio morum honestorum; Grallarabragur vel Missa Scurrilis; Vedur-viti (Ventilogium) Satyra Politica, (seculi 18^{mi};) Ænigmata; Fabulæ, (inter quas Æsopicæ quædam strophis singulis elegantissime inclusæ;) Versus Memoriales, continentes stellarum ac constellationum borealia nomina, (e. g. Tir, Odin, Thor de planetis;) Avium varia sermocinatio; Choreæ plures, (inter quas amplissimum mulierum encomium;) Orðsqviðaklasi, i. e. Metrica Proverbiorum Congeries; De Atramenti Islandici compositione, ex arbuto uva ursi (ipso libro ejus varia specimina exhibente) &c.

V. Carmina atque Epigrammata Jurisconsulti, et Archæologi celeberrimi,

Folio. Pauli Vidalini, diligenter collecta, et in ordinem alphabeticum redacta. Addita sunt Latina ipsius epigrammata. (Omnia inedita ac jam rarissima.)

7. B. Epistola de Draconibus volatilibus (Esaiæ cap. xxx. ver. 6. in primis respiciens)—docte ac ingeniose concinnata a viro Islando, verisimiliter Paulo Biornonis, Sacerdote Selardalensi, sec. 16ti, Latine, inedita; auctori Sciagraphiæ Historiæ Literariæ ignota, forte exemplar unicum jam existens. Insertæ sunt observationes quædam de insectis volatilibus Islandiæ.

8. B. D. Pauli Biornonis, Sacerdotis Selardalensis, notæ criticæ et philologicæ in Acta Apostolorum (rogatu M. Theodori Thorlacii, Episcopi Scalholtensis, conscriptæ.) Maximam partem Latine; ineditæ. Autographon unicum existens.

9. B. Testamentum Gudbrandi Thorlacii, præstantissimi Holensium Episcopi, d. d. 1611 et 1612, vetus Apographon; (ad historiam typographiæ Islandicæ maximi momenti;) vid. Stephensen Island. &c. p. 198.

10. B. Acta Judicialia causæ forensis contra Episcopum Holensem, Mag. Jonam Vigfusium (celeberrimi Griffenfeldii clientem) jussu regio institutæ, sed post mortem ejus judicatæ 1690. Vetus Apographum. Cf. alioquin F. Johannei Hist. Ecclesiast. Islandiæ III. 735, 736.

11. B. Historia morbi miraculosi puellæ Norvegicæ, Annæ Ericiæ, quæ res insolitas omnis generis vomendo, sed sanguinem abundantem mammis edidisse fertur, præter plura, magnetismi animalis (ut jam dicimus) phænomenis non absimilia, quæ tunc temporis Diaboli tentationibus fuerunt attributa; —forma epistolari (ad summum Norvegiæ satrapam) conscripta, a Paulo Nielsen Freis, puellæ hero, et parocho Guldbrandsdalensi, 1650. Danice. Autographum auctoris, verisimiliter ineditum. Forsitan unicum jam existens exemplar.

IN QUARTO.

Juridica.

[Cf. N°. 1. Fasc. III. et VII. 4, 10, 55, 62, 64, 66, 68, 71, 72, 91, 92, 98, 120—122.]

LEGUM Veterum Scanicarum (den Skaanske Lov) exemplar optimum, atque elegantissimum, secundum celeberrimum Runicum codicem accuratissime enodatum, ac manu propria exaratum, additis lectionibus variantibus præstantissimis aliorum, ab immortali Erichsenio, ita unicum ac ineditum ejus autographum. **12.** C. A.

CODEX Legum Islandicarum, editus a Rege Norvegiæ Magno dicto Lagabætir, cum pluribus antiquis constitutionibus. Exemplar vetustum optimæ notæ, literis Gothicis exaratum; desunt autem aliquot folia. **13.** C.

CODEX antiquus, quo continentur: **14.**

α. Taktal: Epitome continua Legis Islandicæ, nuper memoratæ, enumerans mulctas omnes in ea præscriptas, et modum legalem, quo istæ sunt solvendæ, describens. B.

β. Sá gamli Kristinrettr: i. e. Jus Vetustum Ecclesiasticum Islandiæ. Desunt conclusio capitis 4to, cap. 5, 6, 7 et primordium cap. 8; concluditur cap. 28. Videtur esse epitome totius antiqui juris ecclesiastici insulæ, reformando, sive nuper reformato Christianismo, adaptanda, diversa tamen ab alia, quæ infra memoratur (N°. 18.)

γ. Multæ Regiæ Constitutiones, Synodalia atque Edicta Archiepiscoporum Norvegiorum, necnon fori generalis Islandorum, ab anno 1289 ad annum 1596. It. "Corruptelæ Papisticæ de Confirmatione;"—Maximam partem ad res ecclesiasticas, sed simul etiam ad politiam vulgarem, spectantia. Partim rarissima. (Codex Gothica scriptura correcte exaratus.) A. C.

TRANSACTIO inter Regem Norvegiæ et Islandos, semet ejus regimini prima vice subjicientes, cum pluribus Regum Norvegiæ constitutionibus, Islandiæ datis. (Liber vetustus, scriptura Gothica exaratus.) **15.** C. A.

EXCERPTA Vetusta, ex antiquissimis Islandicæ reipublicæ legibus. **16.** A.

QUARTO. BUALÖG, sive Leges Œconomicæ vel Rurales Islandorum. Exemplar ve-
17. tum melioris notæ.
C.

18. SÁ endurnýadi Kristinréttr, i. e. Jus Ecclesiasticum (vetus) Reformatum
A. Islandiæ—circa ipsa reformationis tempora. Exemplar vetustum. Cf. supra N°. II, β.

19. SÚ nya Kirkinskickun: i.e. Ordinatio Ecclesiastica Nova Regis Christiani
C. Quarti, edita 1629, in linguam Islandicam translata; exemplar coævum.

20. COMPENDIUM Historiæ Legum Islandicarum, ab anno 934 ad annum 1588;
B. Auctoris anonymi atque ignoti opusculum rarissimum atque ineditum (in Sciagraphia historiæ literariæ Islandieæ non memoratum)—forsitan unicum jam existens exemplar.

21. α. STUTT Agrip &c.: "Brevis Relatio de Legum Islandicarum Reforma-
A. "tione, 1688—1729." Auctore Jona Magnæo, Toparcho Strandensi, in Islandia, celeberrimi Arnæ Magnæi fratre. Transcriptum Hafniæ, a Jona Martinio, viro docto (legati Magnæani stipendiario); Ineditum. Cf. N°. 20.

β. Ejusdem Scripti pars prima, manu celeberrimi Johannis Olavii Grunnavieensis, cum ipsius notis et additamentis historicis. Ineditum. Cf. N°. 20 supra.

γ. Ejusdem Deductio variorum abusuum, in practicam Islandorum jurisprudentiam irrepentium, propter pravam recentiorum Norvegiæ legum observantiam; (Manu laudati Johannis Olavii;) Ineditum.

δ. Magni Johannei, olim Toparchæ Dalensis (supradictorum Jonæ et Arnæ Magnæorum patris), brevis disquisitio de testibus domesticis (um heimilisqvidar-vitni) manu laudati Jonæ Martinii.) Ineditum.

22. α. SKÍRSLA oc rádning sumra fornyrda Islenzkrar Lögbókar:
A. "Illustratio et explicatio glossarum obsoletarum legis Islandicæ"—Auctore Biornone de Skardsa Skagafiordensi (sæculi 17^mi^ partis prioris) rustico autodidacto, qui inter patriæ præstantissimos Jurisconsultos, Ar-

chæologos et Historicos habetur. Exemplar vetustum, plurimis aliis, ut videtur, completius: Inedita. QUARTO.

β. Commentarius in Libri Legum Islandiæ, dicti Mann helgi, (sacra hominis jura vel privilegia,) Caput Secundum (de criminibus capitalibus, et ethnicis superstitionibus—allegatis celebrioribus aliquot Islandiæ causis forensibus. Auctore Haldore Thorbergino, olim judice provinciali Skagafiordensi. Ineditus et rarissimus. (Primis paginis hujus commentarii, in margine inferiore, sunt additæ sententiæ ex antiquis Islandorum historiis et aliis, verisimiliter a librario, non auctore.) B.

α. THORSTEINIS Magnæi, celeberrimi sui temporis Jurisconsulti Illustratio locorum difficiliorum legum Islandicarum, addita ipsius sententia de variis earum articulis determinandis et emendandis (1627). Accedunt, β, Analecta quædam e jure Islandico et, γ, Vetustæ Sententiæ de periodis ætatis humanæ, et numerorum rarissimis denominationibus. Exemplar vetustum et accurate scriptum: Inedita. **23.** A.

EJUSDEM Christiana et Necessaria Parænesis, ad Judices superiores et inferiores in Islandia, ut caute veteres constitutiones immutent, vel alias, easque recentiores, iis anteponant; ubi quædam decisiones Nomophylacum, et Collegii, quod ex Pedariis constat, et Prætorianum a quibusdam nominatur (annis 1481, 1579, 1596, 1632, 1644 et 1563) sub examen vocantur; cum tribus postscriptis, atque affixa translatione Islandica Regis Christiani 4ti introductionis in ipsius leges Norvegicas, ab anno 1608. Exemplar optimum, manu laudati Jonæ Martinii Havniæ exaratum: Ineditum. **24.** A.

EJUSDEM Disquisitio: "Num probabiles tantum ob rationes, ullo modo vita quis privari debeat?" Necnon de juramentorum mera probabilitate, sive credulitate fundatorum levissimo valore. Exemplar vetustum, ac reliquis plurimis correctius: Inedita. **25.** A.

EJUSDEM Dissertatio de Subscriptione et Consensu Consanguineorum proximorum, in tabulis, quæ continent translationem dominii prædiorum, in primis gentiliorum, 1648; cum postscripto. Autographum ineditum. **26.** A.

QUARTO. α. REGULÆ a judicibus observandæ, et plura huc pertinentia.
27. β. Sacerdotum officia, jura et privilegia.
A. γ. De pauperum privilegiis et sustentatione.
Omnia rara et inedita, exemplare vetusto congesta.

28. FINNI Sigurdini, Acrensis, Fori Communis Islandiæ Assessoris, Discursus de
A. actionibus causarum (Meiníng um Lagasóknir), annexa epistola, ejusdem argumenti ad Eggerhardum Biornonium, 1678. Scripta rarissima, quum nec ista, nec eorum auctor, in Sciagraphia Historiæ Literariæ Islandicæ commemorentur. Exemplar optimum, manu Jonæ Martinii, exaratum. Inedita.

29. EORUNDEM Scriptorum Versio Latina, manu Jonæ Martinii et, ut videtur, ab
B. E. ipso exarata, atque exemplar unicum jam existens. Ineditum.

30. MAGNI Johannis vel Jonæi (Patris celeberrimi Arnæ Magnæi et Johannis,
A. vel Jonæ Magnæi, cujus plurima juridica scripta hic recitantur)—Disquisitio de Hæreditario Jure, gradibusque ibidem occurrrentibus, 1675. Exemplar optimum, manu Jonæ Martinii. Ineditum.

31. EJUSDEM Dissertatio de Actionibus Causarum ad primam instantiam.
A. Exemplar præstantissimum, manu Jonæ Martinii exaratum. Ineditum.

32. CHRISTIANI Mülleri (Danici Islandiæ Præfecti) et (proprie) celeberrimi Arnæ
A. Magnæi (suo et Pauli Vidalini nomine) Compendium Historiæ Juris Veteris Norvegici et Islandici, ab anno 1274, cum criticis circa præcipuos Legis Islandicæ codices observationibus—Regi Frederico quarto, certa occasione, dedicatum 1709. Danice. Apographum ipsius originalis accuratissimum, ex adscripto Jonæ Martinii et C. Mölleri testimonio. Ineditum ac quidem rarissimum. Cf. supra N°. 14, β. et 18, it. 35, 36.

33. TRANSCRIPTA VETUSTA, e Protocollis Fori Generalis Islandiæ, ab anno 1631
C. ad annum 1660, (cum legislatoria ipsius auctoritas rite cessaret.)

PRACTICÆ LEGALIS NODUS GORDIUS: vulgo Rembihnútur: Systema Veteris Islandorum Jurisprudentiæ. Auctore Jona Davidis, Sacerdote Arnarbælense seculi 17mi. Exemplar vetustum et optimæ notæ. Ineditum. QUARTO. 34. A.

MAG. Jonæ Arnæi, Episcopi Scalholtensis doctissimi, Scriptum de Jure Ecclesiastico (variorum legislatorum) Islandiæ, (a seculo 12mo ad finem sec. 17mi.) Rarissimum et ineditum. Exemplar autographum. Cf. N°. 36. 35. A. D.

FINNI Johannei, Episcopi Scalholtensis celeberrimi, liber de Jure Ecclesiastico Islandiæ, tam in variis legislatorum codicibus, quam in singulis regum, magistratuum atque episcoporum statutis; ab anno 1015 ad annum 1746. Rarissimum atque ineditum. Cf. N°. 35, 37, 14, β. 18. 36. A.

VIGFUSI Johannei (parochi Hitardalensis) Observationes et Additamenta in (fratris sui) Finni Johannei (præcedens) scriptum de jure ecclesiastico Islandiæ. Autographum rarissimum et, ut videtur, unicum. Ineditum. Cf. 36 &c. 37. B. D.

VARIA vetusta Synodalia anno 1594 ac sequentibus; quædam regum catholicorum, episcoporum, et fori generalis, constitutiones de rebus ecclesiasticis &c.—partim, ut videtur, propria manu Oddi Einaris, Episcopi Scalholtensis, descripto. Inedita. (Ex amplioribus collectaneis.) 38. A.

ALIÆ Regum, Episcoporum Catholicorum, Satraparum, et Magistratuum, Islandiæ statuta, et decreta vetusta, ad res ecclesiasticas pertinentia amplioribus collectaneis.) 39. A.

ADVERSARIA vetusta juridica, quibus præcipue continentur: 40. A.

α. Variorum jurisjurandi formularum explicationes. Ineditæ.

β. Regulæ judiciales (ineditæ.)

γ. Tractatus de appellatione causarum. Ineditus.

δ. Permultæ formulæ juridicæ; ut, appellationis, citationis, petitionis, debitum solvendi, jurisjurandi, sequestrandi, fundos offerendi vel abalienandi, dicæ in quintum diem (Fimtarstefna) indicendæ &c. Ineditæ.

QUARTO. ε. Articuli Veteris Legis Islandicæ, ad varias juris quæstiones diligenter selecti et applicati. Inediti.

ζ. Variæ Pervetustæ Regum Norvegiæ Constitutiones, cum sententiis judicialibus (fori generalis vel specialis) eas sequentibus vel explicantibus. Ineditis.

η. Varia Fori Generalis Edicta, Judiciales Sententiæ, Synodalia, &c. majoris momenti, ab anno 1353 ad 1592. Inedita.

θ. Officia Sacerdotum Islandiæ, in compendium redacta 1592. Inedita.

41. A. BIORNONIS JONÆI de Skardsa Glossæ Obsoletæ Legis Islandicæ, ordine alphabetico breviter explicatæ. Exemplar vetustum et accuratum.

42. A. GUDMUNDI ANDREÆ (Archæologi et Philologi celeberrimi) Discursus juridicus, oppositus judicum Pedaneorum judicio magno (vel constitutioni criminali de delictis carnis 1564). Scriptum ingeniosissimum (in cujus pœnam auctor, ex Islandia proscriptus et transportatus, carceri Hafniensi fuit inclusus). Ineditum. Exemplar optimum. Cf. N°. 121.

Historica.

43. A. SAGA af Haraldi hinum Hárfagra: "Historia Haraldi Pulchricomi," (Norvegiæ Regis ac Primi Monarchæ;) ab impressa Snorronis diversa, et ea multo prolixior. Rarissima atque inedita. Exemplar pulchre et accuratissime scriptum.

44. A. α. SAGA af Hæsna-þórir: "Historia (antiqua) Thoreris Gallinacei:" (Herois Islandici seculi 10^mi^.) Inedita.

β. þáttr af Hrafni Hrútfyrdíng: "Narratio (vetusta) de Rafne Rutfiordensi, Islando, (sec. 10mo et 11mo vivente.) Inedita.

γ. þáttr af þorsteini Sudurfara: "Relatio (vetus) de Thorsteine "(Islando) terrarum meridionalium visitatore," (sec. 10mo et 11mo.) Inedita.

Omnia accurate scripta.

45. A. α. SAGA (eðr þáttr) af Haldóri Snorrasyni: Historia Haldoris Snor-

ronis filii (cujus pater, Snorro, officio godi sive antistes fori ac templi provincialis ethnici, in Eyrbyggia atque aliis impressis Islandorum historiis celebratur. Haldor noster alioquin inter fortissimos Haraldi Sidini milites in Byzantinis sive Varangicis expeditionibus numeratus fuerat; cf. supra N°. 6, A, β. Inedita. QUARTO.

β. Þáttr af Hemíngi Aslákssyni: "Narratio vetus de Hemingo Aslaci filio, Norvego," qui a Rege Haraldo Sigurdino injuste vexatus, Angliam petiit, et contra ipsum in prælio Eboracensi (quod hic describitur) regi fatali, pugnavit, anno 1066. Inedita.

γ. Þáttr af Þorgrími Hallasyni, Kolgrími oc Illuga Islendíngum: "Relatio de Thorgrimo Hallii filio, Colgrimo et Illugio Islandis," (sec. 10 et 11.) Rarissima et inedita. (Omnia accurate scripta.)

OBSERVATIONES Criticæ et Chronologicæ in sequentes veteres Islandiæ historias: *a*. Eyrbyggia-Saga, *b*. Laxdæla, *c*. Grettirs-Saga, et, *d*. Cormacs-Saga, opus totius prisci Septentrionis chronologiæ inserviens. Auctore Finno Johannæo, celeberrimo et doctissimo Scalholtensi Episcopo, et ejus quidem autographum: (rarissimum et ineditum.) 46. B. D.

KORT Fortegnelse over de Exemplarier af det store Chronico Islandiæ *kaldet* Islendínga-Sagan mikla, *eller* Sturlúnga-Saga, *hvilke man veed og kjender med hosføjet eenfoldig Anmærkning om den Fortrolighed man kan sætte til dennem, af sine betænkværdige Omstændigheder.* Hafniæ, 1755. (Danice:) i. e. Enumeratio et Critica Discussio Codicum Præcipuorum Chronici magni Islandiæ, dicti Sturlúnga-Saga, cum notis antecedentibus et observationibus generalibus in similia Manuscripta. Auctore laudato Jona Martinio, olim Stipendiario Arnæ-Magnæano. Autographum atque unicum forte jam existens exemplar scripti: (in Sciagraph. Hist. Lit. Islandiæ non memorati.) Accedit, ab eodem transscripta, (Islandice,) Disquisitio de Sturlunga-Sagæ divisione in undecim partes, addita Martinii Danica Versione: (Inedita.) 47. B. D.

GEIRI Johannei Vidalini (Primi totius Islandiæ reformatæ religionis Episcopi) Dissertatio de America ab Islandis ante Columbum detecta, (ubi Torfæi, 48. B. D.

QUARTO. Malleti et aliorum de vero antiquæ Vinlandiæ situ conjecturæ emendantur, quum is in Nova Anglia reperiatur,) Latine. Autographum. Exemplar unicum jam existens. (Ineditum.)

49. STUTTR Annáll um Islands Æfi: "Breves Annales Ævi Islandiæ"—e
B. D. Flateyensibus, Scalholtensibus, Oddensibus, et multis aliis recentioribus collecti, ubi præcipua totius Septentrionis et præsertim Islandiæ recitantur eventa, a nato Haraldo Pulchricomo, A° 852 (vel 853) ad annum 1431 (cum Jonas Gerrichius, Scalholtensium Episcopus, ex Anglia, Hibernorum satellitio stipatus, advenisset—sed Jonas Vilhelmi, (Anglus,) Holensium Episcopus Anglorum et Islandorum in boreali insulæ parte cruentas pugnas, sua peregrinorum protectione finiret. Auctore Magno Olavio, ultimo Nomophylace Islandiæ, filio Olai Gunlogii, et fratre Eggerhardi Olavii et Johannis Olavii junioris, (ceu Hypnonesiensis,) qui inter celeberrimos Islandiæ scriptores habentur. (Autographum, atque unicum existens exemplar.)

(Addidit Finnus Magnusen in margine notas quasdam chronologicas et alias.)

50. ANNALIUM in Islandia farrago, hinc inde descripta, ab anno 1106 ad annum
B. D. 1637, (cum pustularum morbus, a Britanno quodam piscatore in Islandiæ occidentalem partem illatus, per insulam totam grassaretur.) Auctore coævo Gislao Oddi (Episcopo Scalholtensi, anno 1638 fatis defuncto.) Latine; inedita. Autographum, atque exemplar (præter id, quod mox sequitur) unicum jam existens. (Cf. N°. 51.)

51. ALIA recensio autographa operis proxime præcedentis, partis nimirum ab
B. D. anno 1606 ad annum 1637 in quibusdam ab illa discrepans; inseruntur autem post annum 1612, non pauca de annis 1279, 1308, 1331, 1340 et 1342, quæ suo loco exemplari N°. 50 sunt inserta, sed ibidem ex aliqua parte vix legibilia. Inter relationes hasce ea maxime est notabilis quod Grœnlandiæ (Europeæ originis) habitatores, anno ultimum memorato, a vera fide et Christiana religione, sponte sua, defecerint, et ad Americæ populos se converterint; atque aliqua vetustiora de terra Grœnlandiæ orien-

tali vicina, (nuper partim a Scoresby juniore descripta,) quæ ab auctore nostro appellatur Tröllbotnaland; Latine. (Inedita.) (Vid. N°. 50.) QUARTO.

(Scripta hæcce varia continent de visis in Islandia cometis ac meteoris, præter multa alia ad priscas insulæ superstitiones spectantia.)

INDEX alphabetico-chronologicus in eventa præcipua, Islandiam contingentia, ad annum usque 1722 (seculi præsertim 15^{mi} et sequentium e. g. in Lit. H. "Hafís (glacies polaris, sive Grœnlandica, ad Islandiam, in vegeta- " bilium perniciem, appulsa) annis 1564, 1566, 1568 &c. usque ad annum " 1716." Incerti auctoris; jam certe unicum, quod existit, exemplar,—inscriptum vetustis epistolis, partim celebrium virorum autographis e. g. illius Hans Nansen (præsidis postea urbis Hafniæ) qui anno 1660 unus fuit inter absolutæ Daniæ Regum monarchiæ fundatores, Episcopi Sælandiæ Baggeri, Wilhelmi Wormii. 52. B.

DE Sancto Thorlaco, (Scalholtensi olim Episcopo:) Legenda historica vetusta et rarissima—manu propria immortalis Arnæ Magnæi accuratissime exarata, (in Finni Johannæi Historia Ecclesiastica Islandiæ non memorata; cf. dicti operis II. 297.) 53. A.

TRACTATUS VARII, scil. 54.

α. Historiæ ultimorum Islandiæ Catholicorum Episcoporum, et Primorum eorum Successorum Reformatæ Religionis (auctoribus fere coævis)—raræ et ineditæ. A.

β. Encomium Gudbrandi Thorlacii, Episcopi Holensis, (qui primus Universa Sacra Biblia Islandice versa edidit.) Latine.

γ. Epistola Oddi Gotschalkii (Nomophylacis) ad Islandos, de versione prima Novi Testamenti, eorum lingua ab eo exarata (circa annum 1539.) C.

DIPLOMATARIUM Islandicum seculi 15^{mi}, 16^{mi} et 17^{mi}; continens α. Multa insigniora testamenta ævi catholici et recentioris, scil. celeberrimi Arngrimi Jonæ, atque uxoris ejus, et illius protestationem contra propriorum liberorum postulationes, 1624; β. Intentationem criminum variorum in ultimum Islandiæ catholicum Episcopum, Jonam Aræum, et duos ejus filios, 55. B.

QUARTO. a Christiano Schrivero, Danici Regis Quæstore, et ejus Islandicis sociis, Schalholti, ante illorum decollationem, compositam et publice recitatam; annotationibus contradictoriis, et energetica conclusione a damnatorum amicis additis. Cf. Histor. Ecclesiast. Islandiæ II. 721; (ubi hæc additamenta non memorantur, et ipsum originale scriptum desideratur.) γ. Literas falsas Jonam Sigmundinum, Nomophylacem, inculpantes (a celeberrimo Episcopo Gudbrando Thorlacio in proprium damnum protestatas: vid. l. c. III. 401 et 59., ubi tamen dictæ literæ cum lectore non communicantur.) Insertæ sunt præterea codici huic citationes, et formulæ vetustæ juridicæ, ut: excusatio Nomophylacis electi—incusatio rapinæ commissæ—appellationes ad tribunal superius—juramenta subditorum, inculpatorum et testium—admonitio testium &c. Accedunt denique Corollaria varia, ut: determinatio prisca salarii Nomophylacis (vel summi judicis) Islandiæ—quomodo testes inviti cogi debeant—causæ filium exhereditandi—regulæ donationum legitimarum &c. (Omnia, aut perplurima saltem inedita.)

56. EVENTA et Itinerarium Olai Egillini, Parochi Insularum Vestmanneyensium
A. (sive Hibernicarum, ad meridionale Islandiæ latus) quas Turcæ Alzirenses, anno 1627, mense Julii, flammis, cædibus ac rapinis, per aliquot dies devastarunt; (quæ omnia hic describuntur;) quum etiam, inter multos alios, (altero insularum sacerdote occiso;) (cf. N°. 76, 118;) latrones illum, cum uxore gravida, captivum abduxerunt. Is tamen ab illis postea in Alziria libertate, sed sine pecunia, donabatur, et in Italiam mittebatur, ut Regi Daniæ adferret piratarum petitionem de lytro pecuniario ingente, pro reliquorum captivorum Islandorum redemtione solvendo. Sacerdos ille, mendicando victum et vecturam sibi comparare coactus, ex Italia, per Galliam et Belgium, Hafniam petiit, ét inde, mense Julii 1628, in Islandiam revenit. (Scriptum ineditum et jam rarissimum.)

57. RELATIO de Islando quodam, Arna dicto, ex ipsius orali traditione, quomodo
A. is (anno 1743) in insula deserta, ad Islandiæ orientale litus, in Alforum (sive geniorum, alioquin plerumque invisibilium) magnifica habitacula fuerit deductus, propter amorem, quem nympha quædam, Biarga nominata, sacerdotis insignioris filia, in eum conceperat, sed frustra, cum is eam ambire

noluerit, virginis continuis blanditiis penitus immotus. Is ob eandem causam ab ea postea per Islandiam persecutus fuit, ut tandem patientia destitueretur, et istam plaga baculi afficeret. Nympha igitur, vehementer irata, diris votis amasio ingrato morbum gravissimum et medicis ignotum imprecabatur, quo diu vexatus, e patris Biargæ benigno consilio, remedium tandem petiit et accepit, sacra nimirum communione in templo Breidabolstadensi, (Rangarvallensis toparchiæ,) ubi calix quidam vetustus et miraculosus servatur, quem Alfi eidem templo donasse feruntur &c. Libellus hicce recentioris Islandorum de Alfis (Angl. *elf, elves* &c.) superstitione singulare existit monumentum. (Cf. N°. 6, (I. κ. λ.) 73, et pl.) Ineditum et rarum. QUARTO.

GENEALOGIA Jonæ Aræi, Ultimi Islandiæ Catholici Episcopi, (tandem Scalholti, cum duobus filiis, decollati,) quæ ejus atavos, a Sigurdo Jafnericida (celeberrimo borealis ac Germanicæ vetustatis heroë,) et posteros quoque (quibus plurimi insulæ viri celebriores recentioris ævi adnumerantur) per multa stemmata recenset. Scriptum rarissimum atque ineditum, historicis observationibus illustratum. **58.** B.

GENEALOGIA Finni Johannæi, Theologiæ Doctoris et Episcopi Scalholtensis: (celeberrimi historiæ ecclesiasticæ Islandorum auctoris:) et uxoris ejus Gudridæ Gislaviæ—ab antiquissimis atque heroicis Septentrionis temporibus, ex optimis fontibus et revisione immortalis Arnæ Magnæi (illius quondam magistri) ad hodiernum usque tempus deducta, per Johannem Finnæum, Doctorem Theologiæ, et patris laudati in Episcopatu Scalholtensi successorem, cum indice personarum maxime memorabilium, et appendice tabularum genealogicarum. Manu Haldoris Finnæi (auctoris fratris) Præpositi Myrensis; ab eo quidem revisa et aucta. Insertæ sunt Annotationes quædam autographæ doctissimi Magni Ketillii, Prætoris Dalensis. (Hæc genealogia præcipuas Islandorum et multas simul prisci Septentrionis principum ac heroum familias complectitur.) Unicum ita existens exemplar. **59.** B.

GENEALOGIA Mag. Jonæ Arnæi, Episcopi Scalholtensis, a doctissimo Historico, Jona Espolino, Prætore Skagafiordense exarata. Autographum ineditum. Danice. **60.** A. D.

Quarto. Genealogia Sculptoris Celeberrimi Alberti (vel rectius Berteli aut Bar-
61. tholomei) Thorvaldsen—ab antiquissimis Islandiæ Magnatibus, et doctis-
A. D. simis Auctoribus, necnon ab ipsis Norvegiæ Regibus (et pl.) deducta, a Jona Espolino. Autographum ineditum; addita Sculptoris præstantissimi, et Prætoris Eyafjardensis Gunlogi Briem, (Regi a consiliis cameræ,) Thorvaldsonii amici, autographa, de hujus parentibus relatione: Inedita. Danice.

62. α. Sententia judicialis, Laxarholti anno 1588 prolata, de extraditione
A. episcopalis sedis ac scholæ Scalholtinæ: (Ineditum.)
partim D. β. Inventorium et Ornamenta Templi Cathedralis Scalholtensis, 1588. iterum accepta ab Oddo Stephanio, diœceseos officiali, secundum ejus illi inscriptam atque originalem apocham, (die 29 Maii, 1632.)

γ. Index Prædicatorius, sive Registrum fundorum sedis episcopalis Scalholtensis (jam penitus abalienatorum) secundum attestationem Episcopi Oddi Einaris filii autographam, quum illarum possessionum administrationem acciperet 1589, et syngrapham infra adscriptam episcopi celeberrimi Brynjulfi Svenonii (similiter originalem), d. d. 5 Julii, 1639. Recensentur in hoc Registro omnia prædia illa episcopalia, cum pecoribus ferreis, quæ ista sequi debebant, (in summa MCCLXXVII vaccæ sive ferreæ pecudes.) Postremo recensentur pecora cuncta ad ipsam cathedralem villam pertinentia, &c. (Ineditum, et unicum forte originale jam existens.)

63. Um Mannfæd á Islandi: "Disquisitio, an gens Islandica olim nume-
A. "rosior fuerit, quam hodierno tempore?" (1768.) Auctore Svenone Solviano, Nomophylace doctissimo. In ejus impressa biographia memorata, sed inedita et rara.

Ad Historiam Literariam Islandiæ ac Philologiam et Antiquitates Septentrionales pertinentia.

[Cf. sup. N°. 1. Fasc. II. et pl.]

64. Meditationes aliquot de libris scriptis Islandicis, tam sacris quam profanis,
A. D. prælo submittendis, atque in lucem publicam edendis, ad Dominum Hal-

thorem Brynjulfi, Episcopum Holensem—scriptæ a celeberrimo Johanne Olavio (Grunnavicense) 1750. Et sub alio titulo: Diatribe seu Consultatio de Libris et Antiquitatibus Islandicis Prælo submittendis. Autographum ineditum, forte unicum jam existens exemplar. QUARTO.

Hic Auctor, inter alia varia, disquirit de Literatura antiquissima historica; de historia juris vetusti Islandorum, et Legis vulgatissimæ editionum critico valore; de scriptis Islandorum præstantissimis juridicis, (quorum omnia optima in nostram manuscriptorum collectionem venerunt:) cum multis aliis, partim alioquin ignotis, ad historiam Islandiæ literariam pertinentibus. Plura Auctoris consilia ac pia vota de libris edendis ac Bibliotheca publica in Islandia erigenda, nostro tempore perfecta vidimus.

THORSTEINI Petræi, Parochi Stadarbackensis, amplissima Islandiæ historia literaria, continens: 65. B. D.

α. Prologum specialem, cum incerta ichnographia historiæ Islandicæ.

β. Prolegomena de origine et primo progressu rei literariæ, præcipue artis scribendi, ubi inter alia literæ Græcæ, Mœso-Gothicæ, et priscæ Islandicæ (præsertim Runicæ), recensentur et disquiruntur; agitur porro de primis auctoribus Norvegiæ et Daniæ, cum brevi eorum regnorum literaturæ conspectu—de Lingua Islandica et ejus corruptela avertenda &c.

γ. Ipsum opus, quo hæ sectiones continentur:

1. De Prima Septentrionis, ac præcipue Islandiæ Literatura et Literatoribus, usque ad Reipublicæ interitum 1262.
2. De Secularibus Scriptoribus serioris ævi.
3. De Scriptis Clericorum (sive Theologorum.)
4. De Poëtis Sacris.

5—9, 11, 12. De Episcopis Islandicis, ut rei literariæ ex officio corypheis, atque eorum de Insulæ eruditione meritis. (Episcoporum hæcce biographiæ diversæ sunt a Jonæ Halthorii, Finni Johannæi et aliorum. Vitæ recentiorum (et Scalholtensium et Holensium) Episcoporum non sunt ab iis descriptæ; est igitur opus hoc eo nomine magis completum.)

10. De Typographia Islandica (vel ejus Historia) 11 et 12, vide supra.

13. De Ultima Ædificatione Templi Cathedralis Holensis, (ab aliis

QUARTO. non descripta,) ut supplementum biographiæ Episcoporum Holensium.

δ. Appendix de Meteoris, seculi 18ti priore parte in Islandia pro Dæmonum malorum apparitione habitis, et sacris publicis (sub dio celebratis) in eorum expulsionem institutis, &c.

Operis inediti exemplar unicum existens, et ex magna parte autographum.

(Haldano Einari, Sciagraphiam Historiæ Literariæ elaboranti, hoc opus defuit, quamvis præcipua ejus pars anno 1760 scripta fuerit, præterea diligentissimus illius auctor ibidem immerito omittitur ; cf. N°. 66.)

66. A. VIRI immortalis, Pauli Vidalini (Nomophylacis Patriæ) Recensus præcipuorum Virorum doctorum ac Literatorum Islandiæ, qui seculo 16to et 17mo floruerunt, ac Scriptorum, quæ isti composuerunt, additis observationibus biographicis. Laudatus Thorsteinus Petræus (vid. N°. 65) hoc Vidalini opus rarissimum ex ipsius testimonio transcripsit, genealogiis tamen ei insertis omissis, atque alia additamenta historiæ nostratium literariæ inservientia ad calcem adjecit. Scriptum illud Pauli Vidalini (mirabile dictu!) Sciagraphiæ impressæ, sæpius memoratæ, docto auctori non innotuerat, et igitur ab isto nullibi memoratur. Accedunt Corollaria Thorsteini Petræi : α. De Bibliothecis Islandiæ ; β. De Finni Johannei Historia Cœnobiorum ejusdem Insulæ ; γ. De ævi Catholici Superstitione ; δ. Varia ad Historiam Islandiæ spectantia, sub Frederico quinto ; de meritis Eggerhardi Olavii &c. (Cf. N°. 65, pro cujus additamento hic liber est habendus.)

67. B. D. α. EPISTOLÆ Latinæ Poëtæ et Archæologi celeberrimi, Stephani Olavii, ad viros doctos coævos, præcipue clarissimum Mag. Brynjulfum Svenonium, Scalholtensem Episcopum et alios ; ex variis Islandiæ locis 1642 et 1643 ; ex Hafnia 1644—1647 ; ex Vallanesia Islandiæ 1649—1657.

β. Ejusdem Auctoris de Historiarum Commendatione, Declamatiuncula (Latine.)

γ. Ejusdem varia Carmina Latina.

Insertæ leguntur paucæ Islandicæ Cantilenæ viri laudati, et una Danica, (1646) incerti auctoris (de Christo potum Samariæ petente, sed non ac-

quirente, quum Judæus esset.) Omnia inedita, (præter paucas Eddicarum stropharum versiones, in Eddæ editione Reseniana, jam rarissima et carissima, postea impressas.) QUARTO.

Omnia manu propria auctoris exarata; præterea exemplar hocce (autographon) pro unico jam existente est habendum. Hæc omnia nostri opera latuerunt celeberr. F. Johannæum; vid. ejus Hist. Eccl. Island. III. 560.

PROTOCOLLUM ORIGINALE GILDÆ SIVE SECTÆ (Secta) STUDIOSORUM ISLANDORUM (Convivarum) in Universitate Hafniensi, continens: 68. B. D.

α. Leges Societatis (Saca-Lavg Islendínga), stylo veterrimo juridico compositas, ab Eggerhardo Olavio, et ipsius propria manu exaratas. Sunt sessiones Societatis authentice descriptæ, et leges istæ a singulis Sociis, subscriptis nominibus, approbatæ et receptæ, die (Sancti Georgii) æstatis primo (quippe festo nationali Islandorum), secundum vetus borealium Calendarium, A° 1760.

β. Sessiones Societatis, authentice descriptas, a 17mo Augusti 1761 ad 29^num^ Januarii 1772. Inserti sunt versus Islandici et Latini sodalium, inter quos hi sequentes postea in Republica literaria clarum sibi nomen acquisiêre, nimirum:

Johannes Olavius, Hypnonesiensis—(Olai Gunlogii filius, Eggerhardi et Magni frater;—diu Societatis Præses vel Senior, (dictus Öldúngr.) Cf. N°. 49.

Magnus Olavius, (postea Nomophylax Islandiæ.)

Sculo Theodorus Thorlacius, (postea Regi a Consiliis Justitiæ et Rector Scholæ Metropolitanæ Hafniensis.)

Gislaus Thorlacius, (ejus frater, postea Rector Scholæ Literariæ Reikiasicensis in Islandia.)

Egillus Thorhallesen, (postea Pastor et Missionarius Evangelicus in Grœnlandia, et tandem Præpositus Sacerdotum in Fionia.)

Stephanus Biornonius, (postea inter claros Mathematicos Hafnienses habitus.)

Ejolfus Johannis, (postea Astronomiæ in Islandia Observator Regius.)

Jonas Jacobæus, (postea Prætor Eyafjardensis in Islandia.)

QUARTO. Olaus Olavius, postea Secretarius Regiæ Cameræ et Inspector Telonii Schagensis in Dania.

Finnus Thorolfi Mule, (strenuus Philosophiæ Cultor, sed in ipsa juventute defunctus.)

Gudmundus Petræus, (postea Toparcha Mulensis, in Islandiæ orientali parte,) cum aliis plurimis.

Postrema memoratarum cantilenarum ad tunc nuperam Struensianam revolutionem manifeste alludit. Exemplar unicum quod unquam exstitit, historiam academicam Islandorum Hafniensium et ejus seculi genium non obscure illustrans. [Addita est postremo inscriptio autographa Danica immortalis ac supra laudati viri Sculonis Theodori Thorlacii (clarissimi Birgeri Thorlacii patris) de obitu primi illius societatis præsidis doctissimi, atque ipsius fidissimi amici, Johannis Olavii, annum ætatis 82dum agentis, Hafniæ die 18vo Junii, anni 1811, et sepultura subsequente.]

69. α. SKÁLLDA proprie sic dicta, sive vetusta Septentrionis Poëtica, Eddæ
C. juniori plerumque adscripta.
B. β. Vetusta quædam Collectanea, in primis nomina, genera, et figuræ literarum (partim rariorum) Runicarum et recentiorum Gothicarum (quas mulieres suturis applicare solent) &c.

70. COLLECTIO VETUSTA VOCABULORUM SIMPLICIUM, ordine alphabetico disposi-
B. torum, sub titulo: Islenzk Málnefni, (Nomina Sermonis Islandici.) Inter ea multa reperiuntur rariora, lexicis vix illata: Inedita. (Verisimiter unicum unquam existens exemplar.)

71. DOCTISSIMI EJOLFI JONÆI (sive JOHANNÆI) olim Sacerdotis Vallensis in
B. D. Islandia, Schediasma de voce Bóndi, et variis ejus significationibus in antiquioris literaturæ monumentis, ut legibus, historiis, annalibus, &c. Latine. (Autographum ineditum.)

72. BIORNONIS HALTHORII (vel HALDORSONII) Auctoris Lexici Islandici, &c.
B. D. Commentarius Philologico-Juridicus in voces: Agódi, (proventus, usus-

fructus,) Fiörunytiar, (proventus sive ususfruetus è litore,) Grasnytiar QUARTO.
(proventus è vegetabilibus fundi,) et Grasnautnarhvalr, (balæna in fundum terrestrem pratensem ex oceano ejeeta.) Hæ tres ultimæ voees in ipsius auctoris jam impresso Lexico Islandico sunt penitus omissæ. (Autographum ineditum.)

BERNONIS JOHNSEN Dissertatio Antiquario-Critica de Satyris veteribus et 73.
novis, (*Paniscis, Faunis,* &c. Ebræis et Græco-Romanis, at Septentriona- B. D.
lium, seil. Norvegorum, Islandorum, et pl. Alfis; Angl. *Elf, Elves,* &c.) (cirea medium seculi 18[mi] eonseripta, sed in Hist. List. Isl. Seiagraph. non memorata.) Autographum ineditum et verisimiliter exemplar unieum jam existens: Latine.

Poëtica.

CELEBERRIMI JOHANNIS OLAVII Grunnavicensis Colleetio Metrorum Islan- 74.
dieorum, eorum præcipue quæ pro difficillimis et artificiosissimis habentur, B. E.
nimirum:

α. Halli sive Halleri Magnæi (defuneti anno Chr. 1587, Enumeratio Appellationum, quæ 50 diversis antiquitatis metris ejus tempore imponi solebant.

β. Ejusdem Rímna-Háttatal, sive Exempla 38 metrorum reeentioris generis, quæ vulgo appellantur Rímur, (in sing. *Ríma,* Angl. *Rime,* Dan. *Rim,* &c.) Hæc ejus Carmina in Seiagraph. Hist. Lit. Isl. non memorantur.

γ. Alia similis Collectio, plura exempla, in summa 34, eomplectens.

δ. Duæ veteres Cantilenæ, Oreadi Norvegieæ et Saneto Olavo Regi (tum puero) adscriptæ.

ε. Clavis Metrica Anonymi, continens 44 exempla.

ζ. Clavis Metriea Gudmundi Theodorei, eompleetens 20 exempla.

η. Clavis Metrica Antiqua, e collectaneis Magni Johannæi Vigrensis, 20 rarioribus metris constans.

θ. Sexta Vetusta Anonyma continens exempla 65.

ι. Singulæ Cantilenæ Poëtarum Celebriorum, seil. Fratris Arnæ, (Monachi quondam Thingeyrensis) Biornonis Johannæi, Theodori Magnæi

QUARTO. Thiderici Aræi, Jonæ Sigurdini, Hallgrimi Petræi, Pauli Vidalini, et pl.

Tota hæc rarissima Collectio aucta est et adornata laudati Johannis Olavii indicibus specialibus in varias illas metricas claves, atque annotationibus criticis, philologicis et prosodicis. Est ipsius autographum unicum existens, et penitus ineditum. In ultima pagina, aliena manu, addita sunt quædam Olai Johannæi Fabri Disticha, &c.

75. QUÆDAM CARMINA vetusta ac rariora:
A. α. Maríu-Likill: i. e. Clavis Mariæ; ex Ævo Islandiæ Catholico.

β. Carmen Encomiasticum in Sanctum Olavum, Norvegiæ Regem; (ejusdem ævi.)

γ. Jonæ Gudmundini, cognomine Docti (hinn Lærdi), seculo 17mo, ut Magiæ suspecti, judicialiter persecuti et proscripti, Carmen famosum, dictum, Fiandafæla, sive Averruncatio hostilium Dæmonum. Omnia inedita.

76. PSALTARI þess Konúnglega Spámanns Davíds: i. e. Psalterium Re-
C. gii Vatis Davidis—translatum a Jona Thorsteinide, olim Parocho Vestmanneyense, vulgo dicto Martyre, quum anno 1627 a Turcis Alzirensibus crudeliter occideretur, (cf. N°. 56, 118.) Metris rarioribus additæ sunt notæ musicales sive melodiarum formulæ, ex Islandico more. Exemplar correctum. (Cf. porro N°. 111.)

77. PSÁLMABÓK Islenzsk: i. e. Collectio Psalmorum Islandicorum amplis-
A. E. sima, in classes divisa, Gothicis literis accuratissime exarata, a Jona Torfæo, Sacerdote, 1664. Celeberrimus Eggerhardus Olavius rescripsit paginam ultimam, integrum folium addidit, et duplicem Indicem adjecit. (Inedita.)

78. OPERA POËTICA BIARNII (sive Bernhardi) Gizeridis Pastoris Thingmulensis,
B. D. 1654 et sequentibus annis; inter alia—Varia Encomia Sanctæ Crucis, multa Ethica et Satyrica; Epistolæ ad varios, (viros et mulieres, inprimis celeberrimum, inter Poëtas coævos, Stephanum Olavium;) Næniæ Nutricula-

rum; Carmina Memorialia in Defunctos, &c.—Quæ omnia genium et mores seculi satis perspicue illustrant. Codex e maxima parte autographus ineditus, et forte unicum jam existens exemplar. QUARTO.

RÍMUR af Skáld-Helga: i. e. Carmina (Septem) de Helgio Vate agentia —ejus (vetusti rhythmici) generis vetustissima et rarissima. Decantant fata et itinera Islandi cujusdam (seculi 10^{mi} et 11^{mi}) qui Grœnlandiam (orientalem, tunc ab Islandicis et Norvegicis colonis habitatam) petiit, et ejus terræ Nomophylax evasit, sed ob amores infelices præcipue celebratur ab hoc Poëta, qui carmina (seculo 15to, ut videtur) composuit, secundum historiam (sive narrationem) scriptam, sed jam diu deperditam. Poëmatis rarissimi exemplar optimum. 79. A.

α. QVÆDI um Olaf Gunnlögsson: i. e. Carmen Encomiasticum in Olaum Gunlogium, (sive Gunlogi filium,) Colonum Svefneyensem, Auctorem, Poëtam et Artificem Autodidactum, (patrem virorum celeberrimorum Eggerhardi, Magni, et Johannis Hypnonesiensis Olaviorum ac Rannveigæ, Biornonis Halthoridis uxoris, et liberorum plurium, honoratæ conditionis et acris ingenii)—cujus scripta omnia, maximam partem autographa, jam in Bibliotheca Advocatorum Edinburgensium servantur. Auctore Gunlogo Sigurdino, Parocho Briamslæki (olim Coloniæ Hibernicæ) in Islandia occidentali. (Autographum ineditum et rarissimum.) 80. B. D.

β. Biographia laudati Olai Gunlogii, auctore genero ejus celeberrimo, Biornone Halthorio. Autographum, in charta cærulea: (Inedita et rarissima.

IMMORTALIS VATIS, ARCHÆOLOGI, JURISCONSULTI, PHYSICI, PHILOSOPHI, ET PHILOLOGI EGGERHARDI OLAVII (nuper laudati Olai Gunlogii filii) Carmina Islandica, Volumen prius, Auctoris autographum, anno ipsius lethali 1768 eleganter et accurate exaratum, quo, inter alia, continentur hæc Poëmata: Bucolica Islandica; Felicitas Islandiæ; Felicitas Hafniensis; Nostalgia; Encomium Mulsi sive Medonis; Magnes (Ductor) Hominum per Oceanum Mundanæ Vitæ; Linguæ Islandicæ Morbus et Obitus; Ægeri (Marini Dei) 81. A. D. et 82. aliqua forte B.

QUARTO. recentius Convivium (quum prius in Edda decantetur); In Globum Terrestrem Olai Gunlogii (cf. N°. 80, α, quo Carmine artificium hocce, a viro rustico et autodidacto fabricatum ac delineatum, summis laudibus elevatur); Emberizæ Nivalis Islandicæ (in regiam aulam receptæ) insignia fata; In Jesuitas (cujus Lector, nota addita, ablegatur ad fidissimam eorum delineationem in Actis Parlamenti Parisiensis 1611); In Turcarum Jejunia—præter multa alia.

A. Volumen posterius recentius est Apographum, sed accurate scriptum, quo præter plura continentur: Helblinda sive lethalis (Islandorum) Occæcatio; Profugatio Invidiæ; Laudes Canthari; Terra Psychodochorum (Satyra Ethico-Politica); Chorea Fortunæ; Eulogium Hornstrandarum (regionis Islandiæ occidentalis ac maxime borealis, trans polarem Circulum sitæ, et Mari Glaciali vicinæ); Varia in Physica Islandiæ Miracula Epigrammata; Bacchanalia Seculi; Biographia Islandiæ Poëtica; in Commercia Islandiæ; Encomium Virginum Islandicarum; in Theam Sinensium (herbis Islandiæ indigenis postponendam); in Victum Vulgarem Islandorum; Confessio Melancholici; ad Scyphum Memorialem Islandiæ Cantilena; Monumentum Regis Friderici Quinti (insignis Islandiæ fautoris); In Fundationem Monarchiæ Danicæ; Vera Hominis Felicitas; Salus Sapientum; In Natalitia Regis Christiani Septimi 1766; in Fortunam Islandiæ; Chorea virginum; Commutatio Uxorum vel Uterorum (Magaskifti pro Makaskipti vel Mageskifte Danorum; Satyra Philologica) &c. Bucolicis Islandiæ supra memoratis exceptis, omnia hæc et alia, hisce Voluminibus contenta, sunt inedita.

Cum plurima hujus Auctoris manuscripta, atque ipsius tota Bibliotheca, deplorando ejus et juvenis uxoris naufragio perierint, ejus autographa rarissima sunt habenda; cf. tamen N°. 68, 77, 91, 97.

83. CÆSAREIS, sive Vita Caii Julii Cæsaris, poëtice, libris 19 descripta, a Jona
A. Espolino, Vate et Historico Islandiæ celeberrimo: (Inedita.)

Ad Islandiæ et Grœnlandiæ Physicam et Politicam Descriptionem ac Statum pertinentia. QUARTO.

DE Mirabilibus Islandiæ (sive Historiæ Naturalis Insulæ dictæ Tentamen) Latine scriptum 1638—ab Annalium supra, sub N°. 50 et 51 descriptorum, Auctore Gislao Oddi, Episcopo Scalholtensi. Autographum ineditum, atque unicum forte jam existens exemplar. Laudata Sciagraphia Historiæ Literariæ Islandiæ (pag. 168) nominat Auctorem hujus libri Historiæ Naturalis diligentem scrutatorem, sed nullum tale ejus scriptum commemorat, neque ipsius ibidem, inter Descriptores Islandiæ, mentio fit. Vereor autem ne liber hicce in Catalogo Reseniano (sec. 17mo Havniensi) patri Gislai, Oddo (sive Ottoni) Einaris, similiter Scalholtensi Episcopo, perperam sit adscriptus, ut et Tractatus de Islandia, qui etiam posterius omnino ignotus permansit; (vid. l. c. pag. 148.) Hæc nostri opera incognita fuerunt Finno Johannæo; cf. ejus Hist. Eccl. III. 601, 602. **84.** B. D.

JOHANNIS THORKILLII CHRYSORIS, (sive Gullbrínga,) i. e. Memorabilia quædam, et ad encomium Provinciæ Gullbringensis vel Kialarnesensis in Islandia australi pertinentia, numerisque elegiacis exposita, quibus Provinciæ illius, præ variis Islandiæ Tractibus prærogativam et præstantiam demonstrare voluit Auctor, qui et Notulas adjecit pro faciliore singulorum Enthymematum intellectu: Latine. Multa notatu digna ad historiam, præsertim literariam, hoc opus continet, inter alia fortia Hialmaris Grendavicensis contra Turcas Alzirenses facinora 1627 (cf. supra N°. 56 de horrendis istius Expeditionis sequelis). Autographum ineditum, eleganter scriptum, et forte unicum jam existens exemplar. (Fuit Auctor quondam Rector Scholæ Scalholtensis, sed Hafniæ 1759 obiit, et, opibus relictis, Primus Scholæ Hausastadensis in Islandia Fundator evasit, in suæ Chrysoridis gratiam.) **85.** B. D.

JOHANNIS EGGERTI (quondam Cænobii Modruvallensis in Islandia Regii Administratoris, sed postea propriis opibus exhaustis, Consulis Malmöensis **86.** B. D.

QUARTO. designati in Svecia, Holmiæ 1689 defuncti) *Adskilligt om Islands Beskaffenhed og Vilkaar:* i. e. Varia de Islandiæ Statu et Conditione; Danice. Agit autem de insulæ climate, vegetabilibus, mineralibus (inprimis, ut Auctor putat), argento, sale, piscatura, indole incolarum (qui ab eo segnitiei et inertiæ accusantur). Proponuntur porro consilia varia et meditationes de statu insulæ et populi ameliorando, e. g. de ovibus ex Anglia importandis, &c. Accedunt traditiones quædam populares, de serpente aquatico in lacu insigni, qui Lagurfliot dicitur, per secula plura latente at interdum viso; de vallibus secretis in desertis Islandiæ mediæ et earum incolis, &c. necnon, appendicis loco, Relatio de vestitu Islandorum ejus temporis ac querelæ de muliebrium ornamentorum sumtuoso luxu, &c. Libellus hicce, compositus Hafniæ 1682, est, ut nomen subscriptum testatur, Auctoris autographum, et unicum forte jam existens exemplar. Scriptum hocce ineditum omittitur in Sciagraph. Hist. Lit. Island., ubi auctor tamen (pag. 83) laudatur ut Poëta et Jurisconsultus peritissimus; nec etiam nostro Literatori, Johanni Ericio (sive Erichsen) unquam innotuit, ut ex ipsius scripto om Islands Opkomst (de Restauratione Islandiæ, Soræ 1768) pag. 46—49, ubi aliorum similia scripta enumerantur, luculenter probatur. Est igitur Opusculum hocce rarissimum mundo literario penitus incognitum.

87. B. D. *MATTHIAS Jokinssens Anmærkninger ofver Islands Œconomie och dessen Indbyggere:* i. e. Observationes in Islandiam et ipsius Incolas (Regi Daniæ, Frederico Quarto, insinuatæ) continentes varia consilia de iis in meliorem statum constituendis. Ineditum et verisimiliter autographum; exemplar certe accuratum et integrum. Fuit etiam laudati Ericii (vel Erichsenii) tempore scriptum hocce rarissimum, sed ei tamen a celeberrimo Norvegiæ historiographo Gerhardo Schœningio communicatum, (vid. Islands Opkomst pag. 47.) Scripsit Auctor circa annum 1730, natione Norvegus, et interdum sub cognomento Wagel, quo etiam ab Ericio sæpius allegatur. Is maximam Islandiæ partem peragravit, ut sulphureas Fodinas &c. investigaret et inspiceret.

88. B. D. *RELATION og Betænkning over Islands Œconomie, og hvorledes Landet*

kan komme i Stand: i. e. Relatio et Consultatio de Islandiæ Œconomia et Statu Insulæ Restaurando; Danice. Scriptum Hafniæ 1750, Auctore viro celeberrimo Nicolao (vel Niels) Horrebow, Dano. Est opus hocce ineditum et Ericio ipsi non cognitum, igitur pro rarissimo habendum, et porro omnino diversum ab ejusdem Horrebowii impresso scripto: *Tilforladelige Efterretninger om Island.* Hic varia consilia proponuntur, ut de sulphure et nitro quærendo ac præparando; probatur argentum in Islandia existere; indicantur remedia ad rem pecuariam, piscaturam, fabricas, et multa alia amelioranda vel instituenda. Est exemplar hoc autographon, auctoris subscripto nomine signatum, et forte unicum jam existens. QUARTO.

ANHANG TIL DE GRÖNLANDSKE RELATIONER, &c., i. e. Additamenta ad (Johannis Egede) Relationes Grœnlandicas; de Grœnlandorum vita et fatis, temperamento, superstitionibus, moribus et vulgaribus vivendi atque agendi regulis, necnon de Missionariis Danicis et eorum (ex auctoris sententia non semper laudabilibus) institutis, actis, et opinionibus; Auctore Lars Dalager, Mercatore regio. Scriptum in Colonia Grœnlandiæ Friderikshaab, anno 1752. Autographum auctoris, stylo, manu, ac methodo singulari exaratum. 89. C. D.

IN OCTAVO ET FORMA MINORE.

Prosaica.

HISTORIA SIVE EVANGELIUM INFANTIÆ JESU, Apocryphon; Islandice. (Ineditum.) 90. A.

CODEX LEGUM ISLANDICARUM, vulgo Iónsbók dictus, editus anno 1280 a Magno Lagabætere, Norvegiæ Rege. Exemplar optimæ notæ, cui titulum præfixit Eggerhardus Olavius, propria manu exaratum. (Conf. N°. 13, 124.) 91. C.

OCTAVO ANNI (chronologice determinati) IMPERII POSTREMORUM NORVEGIÆ REGUM, &c. ex Stemmate Haraldi Pulchricomi, quantum ad rem diplomaticam attinet, a Magno Lagabætere (qui Regiam Dignitatem A° 1264 adeptus est) ad Christianum Primum et Johannem Daniæ Reges (ac Norvegiæ;) annotatis præcipuis eorum constitutionibus, Islandiæ datis. Sequuntur transcripta talium regiorum edictorum, secundum membranas veteres accurate exarata. Accedit mandatum Cardinalis Episcopi Vilhelmi, Sedis Papalis Legati, de operibus diebus festis in Norvegia (et Islandia) licitis, datum Bergis, quinto anno Papatus Innocentii Quarti, cum hujus Papæ annexa confirmatione (Norvegice sive Islandice). Adjicitur transcriptum (in Quarto) Constitutionis Regis Magni Haqvinii ad Bergenses et Gulathingenses, qua varii legum articuli immutantur (editæ Bergis, anno Regni ejus 14to, i. e. 1313), ex membrana penes Thormodum Torfæum. Accedunt porro duæ vetustæ formulæ conventum publicum sive forensem consecrandi et dissolvendi. (Hæc, ut videtur, Arnæ Magnæi manu propria scripta sunt.)

92.
B. E.

93.
B. D.

α. MÁLRÚNIR, þeirra mindir nöfn og kénníngar, eptir Stafrofinu: i. e. Runæ sermocinantes, cum variis earum Figuris, Nominibus et Metaphoricis Appellationibus—Gothicis partim literis eleganter descriptæ. (Rarissimæ et ineditæ.)

β. Folia Vetusta, in quibus delineatæ sistuntur: variæ magicæ et talismanicæ Runæ sive Characteres, e. g. Literæ, quæ Sancti Magni (olim Orcadensium Comitis) vitæ scriptæ applicari solebant, aliæ ad lucrum in mercatura (emtione vel venditione) acquirendum—Character contra contumeliam, primo mane, dexteræ manus digito annulari, saliva illinato, in fronte propria delineandus (spica Freyæ, ut videtur; Eddæ ax óskorit)—Ad naufragia avertenda, (Neptuni, vel Niordi Tridens &c.) Galea Ægeri (Ægishálmr) vetustissimæ borealium Magiæ reliquia—Sigillum Davidis; Alpha et Omega (perversa)—Alii Characteres: pro equis servandis; pro grege ovaria conservanda (recitatis versibus magicis, et variis talibus inventis adhibitis); pro ludo scaccario victoriose agendo; in basia amatoria; pro partu fausto; pro ferris acuendis; ad itinera feliciter absolvenda; contra hostes; contra iras alie-

nas; contra incantationes; contra veneficia; contra ossifragium; contra epilepsiam; contra mortem repentinam; pro furto avertendo; ad furtum indagandum, &c. Hæc plurima ex magia alba, alia autem nigræ sunt ascribenda, quæ etiam ante centum viginti annos, in possessoris scriniis inventa, pœnæ capitalis reatum ei invehere potuissent; e. g. characteres contra felicem piscaturam; ad impotentiam veneream aliis efficiendam; ad res (furtivas) occulendas, &c. Accedit Tabula Cabalistica numerorum mysticorum pro "Nativitate statuenda," vel Fatis hominum explorandis. (Rarissima ac inedita.) OCTAVO &c.

VETUSTA BOREALIUM CALENDARIOLOGIA, qua nimirum continentur: 94.

α. Tabula Planetarum, additis mythologicis eorum, apud veteres Septentrionales, nominibus, ut et metallorum atque intestinorum humanorum sacratorum enumeratione. B.

β. De Nycthemeris, ac Noctis et Diei Horis.

γ. Calendarium Vetus Islandicum; Indico more in semilunia vel semimenses divisum. N. B. Januarius hic incipit in Calendarii conclusione, qua autem ratione nescimus; auctor tamen Thorrii mensis initium pro anni inter priscos Scandinavos principio accepisse videtur. Medii Januarii dies hic desiderantur.

δ. Nomina Mensium inter Islandos, Danos, Germanos, et plures antiquas gentes.

ε. De Tabula Vetere Computistica, Talbyrdíngr dicta.

ζ. De Anni Variis Denominationibus et Divisione.

η. Delineatio Plagarum Mundi, Anni Temporibus, Elementis et Humanæ Vitæ Ætatibus adaptata.

θ. Maris Fluxus et Refluxus, a Lunæ Periodis dependentes, cum tabula explanatoria.

ι. Tabula Literarum sive Notarum Lunarium (ut hic dicuntur) per Cyclum 19 annorum, Signis Zodiaci adaptato.

κ. De Hebdomade, ejus singulis diebus, atque earum et Planetarum Signis.

Videtur scriptum esse anno 1582, secundum auctoris jam ignoti, sed docti, autographon. (Ineditum et rarissimum.)

OCTAVO &c. 95. A. partim B. VARIA COLLECTANEA, nimirum;

α. Descriptio et Delineatio Cometæ Prægrandis visi Hafniæ 1680, secundum exemplar impressum.

β. Enumeratio Parochiarum Diœceseos Scalholtensis 1709, annotatis sacerdotum annuis salariis. Hac forma inedita.

γ. De Anno atque ejus Varia Divisione, Mensibus, &c. (Ineditum.)

δ. De Variis Miraculis, Meteoris, Prophetiis, &c. (Inedita.)

ε. Corollaria Ethica: (Inedita.)

ζ. Onomasticon Biblicum, cum singulorum (Personis et Locis) Propriorum Nominum Explicatione, ordine alphabetico. (Opusculum rarissimum et ineditum.)

η. Varia Recentiora Geographica.

96. B. PRINCIPIA POLITICA, in Centurias dividenda, sed ab auctore vel interprete non absoluta, ejus tamen, ut videtur, autographum, atque unicum jam existens exemplar.

97. B. E. BALTHAZARI GRACIANI Hispani, Sententiæ Philosophiæ et Regulæ Ethicæ, ab Eggerhardo Olavio elegantissime in linguam Islandicam translatæ 1753. Autographum Interpretis, literis Gothicis scriptum, et unicam jam existens exemplar.

98. B. α. BREVES ANNALES SATRAPARUM SIVE PRÆFECTORUM ISLANDIÆ, ab anno 1247, (cum insula primum, ex aliqua parte, Norvegiæ monarchis subjiceretur,) ad annum 1752.

β. Annales Nomophylacum Islandiæ, ab anno 930 ad annum 1742.

γ. Annales Secretariorum Fori Generalis Islandiæ, ab Officii Institutione 1631 ad annum 1743.

δ. Census (sive Recensus) Omnium Certorum Redituum (Tributorum et Locariorum) Regum Daniæ, ex universa Islandia, præter possessiones Cœnobii Videyensis, tum ab ipso insulæ Præfecto administratas, jam autem prædia regia in Gullbringensi et Kiosensi Toparchia includentes, ac præter pensionem tributariam è re insulæ mercatoria, (tunc temporis circa 20,000 ad 23,000 imperiales prisci valoris,) anno 1707; præcipue,

a. in nummis argenteis, *b.* panno crassiore, in insula fabricato, *c.* in tibialibus laneis, *d.* in piscibus siccatis consistentem, &c. OCTAVO &c.

ε. Genealogia Jonæ (sive Johannis) Aræi, infortunati et ultimi Islandiæ Catholicæ Episcopi, ab Adamo, Odino, et variis Russorum, Gothorum, Svecorum, et Hibernorum Regibus; quam ille, summum in patria imperium usurpans, conscribi curavit. Cf. N°. 58. (ab hoc longe diversam.)

ζ. Enumeratio Chronologica Rectorum Scholæ Scalholtinæ, ab anno circiter 1550 ad annum 1718.

η. "Anno a Christo nato 1700: Variorum Sententiæ de Annorum Serie, a mundo condito" (inter 5208 et 8684).

θ. In Honorem M. Caspari Brochmanni Eulogium Latinum, M. Brynjulfo Svenonio Auctore.

ι. Breves Annales Episcoporum Scalholtensium, ab anno 1056 ad annum 1743.

κ. Breves Annales Episcoporum Holensium, ab anno 1106 ad annum 1739.

Rarissima hæc Collectio (per se inedita, et verisimiliter in unico hocce exemplare ita existens) incepta fuisse videtur circa annum 1712, atque ad annum 1720 continuata, sed inde posterius (partim aliena manu vel manibus) ad annum circiter 1743, et, uno casu, 1752 deducta.

VARIA OPERA THORSTEINI PETRÆI, Parochi Stadarbachensis in boreali Islandia (præter ejus Historiam Literariam Islandiæ, supra N°. 65, 66.)—qua Collectione præcipue continentur (præter præfationem.) **99.** **B D.**

1. De Religione Naturali.
2. De Variarum Artium et Scientiarum Inventione.
3. De Islandorum Literis, (Runicis, Monasterialibus et aliis.)
4. De Idiomate Islandico.
5. De Principiis Legendi.
6. De Scriptura, et Regulis Orthographicis.
7. De Numeris, atque Anni, et Festorum Computo.
8. Regulæ Ethicæ.
9. Reliquiæ Divinæ Imaginis, (in homine.)

Octavo &c.

10—17. De Variis Inclinationibus et Vitiis.

18. De Informatione Gentis Islandicæ generali.

19. Virtutum præcipuarum Descriptiones.

20. De Taciturnitate.

21. Instructio Studiosi Islandici.

22. Parænesis Isocratis ad Demonicum, in Linguam Islandicam translata.

23. Excerpta, è Valerio Maximo translata.

24. Scriptum Desiderii Erasmi Roterodami: De Civilitate Morum Puerilium, Islandice.

25. Johannis Sulpitii Poëma: De Moribus Mensalibus Puerorum, in Linguam Islandicam translatum.

26. De Educatione Puellarum, (in Islandia.)

27. Variæ Ratiocinationes Humanæ.

28. Ordsqvidaklafi: i. e. Collectio Adagiorum Islandicorum, a celeb. Gunnare Pauli et laudato Thorsteino Petræo concinnata; cum Introductione de hocce literaturæ genere agente: ordine alphabetico disposita.

29. Consilia Utilia, è Fabulis Æsopicis extracta, Versibus Islandicis inclusa, et in ordinem alphabeticum redacta, a Gudmundo Erlendino, quondam Parocho Fellensi in boreali Islandiæ parte.

30. Præter plura. Omnia inedita et rarissima. Liber hicce maximam partem auctoris (et collectoris) est autographum, quamvis ultima folia, propter ipsius cæcitatem et senectutem, aliena manu sint exarata. Multa hoc codice contenta vix alibi existunt.

Poëtica.

100. C. Hávamál: i. e. Carmen Excelsi, i. e. Odini: Pars Eddæ Antiquioris; exemplar vetustum (impressis editionibus non adhibitum.)

101. C. D. Gunnars slagr: i. e. Fidicinium Gunnaris (Giukiani) Herois Niflungi vel Nibelungici, Carmen elegantissimum, pro Eddæ Antiquioris appendice valens, celeberrimi Gunnaris Pauli (qui à quibusdam pro ejus auctore habetur) manu propria exaratum.

CARMINA VARIA MEDII ÆVI, scil. Einaris Skulonii Geisli (i. e. Radius) de Olao Sancto, Rege Norvegiæ seculi 11^{mi} agens (cf. N°. 6, A, δ, ε) et prolixum Halleri Sacerdotis (Norvegi vel Islandi) Carmen: Nicolásdrapa. Nota manuscripta inserta hunc sanctum virum vocat: "Episco-Eremi-"tam Augustinianum, mortuum anno 1310, ast 1446 ab Eugenio 4to "Papa in numerum Sanctorum relatum:"—est autem pravissima, quum hic manifeste agatur de S. Nicolao, Episcopo Myræ in Lycia (Russiæ ac partim Græciæ, ni fallor, Patrono), qui seculo 4to post Christum natum vixisse fertur. Poëma hocce perantiquum, ineditum et rarissimum longe diversum est ab alio vetusto (supra N°. 6, A, η) in ejusdem sancti Episcopi laudem concinnato. Calligraphum accuratissime exaratum. OCTAVO &c. 102. A.

EIN Lítil Frásaga, &c.: i. e. Narratiuncula de Apparitione Spectri Gigantei, Hallmundi dicti, in spelunca montana Islandiæ, desertis circumdata, nocte Iolensi (Nativitatis Christi et antiquitus Solstitii hiberni) talibus eventis famosa, accinente viatoribus erroneis carmina, archaismis perobscura, alioquin dicta Hallmundr-vísur, quæ hic scripta recitantur. Agunt de Deorum gentilium, Odini, Thori et aliorum exilio, et Gigantum fuga, Christianismo irrumpente effecta, in tesqua montana atque eorum quoque ad infernum ipsum (Borealium) profligatione—De Igne Subterraneo, Gigantum opera erupturo—De Mundi (secundum Eddicos Mythos) Excidio appropinquante, &c. Accedit Commentarius perpetuus Anonymi cujusdam sed eruditi Archæologi, forte Biornonis a Skardsá. Carmina hæc (adhuc inedita) aut somnio (sive phantasticæ visioni) Poëtæ, aut fictioni Christiani cujusdam Clerici, qui medii ævi more deos ethnicos cum gigantibus, aut malis dæmonibus, confudit, suam debent originem. Exemplar accuratum. 103. A.

α. CATO sive Hugsvinnsmál (Sapientis Consilia) versibus Islandicis concinne inclusa, a Jona Biarnæo, Sacerdote. 104. A.
β. Septem Græciæ Sapientum Philosophemata poëtice translata, &c. (Inedita et rarissima.) Calligraphum accurate scriptum.

MARÍU-RÍMUR: i. e. Rhythmi de Sancta Maria, in decem libros divisi; 105. A.

OCTAVO &c. ejus vitam, secundum apocryphum aliquod evangelium decantantes. Sunt Bodvari cuidam Sacerdoti dedicati, ab auctore non indicato. Rescriptæ sunt, secundum vetustum exemplar, in orientali Islandiæ parte. (Ineditæ et rarissimæ.)

106. A. PETRI EINARIS (seculi 17^{mi} Poëtæ) Carmina Heroica de Ponti Equitis gestis in Anglia, Scotia, &c. (secundum Fabulam vetustam Romanensem) in libros 17 divisa (P. 2da). (Rara atque inedita.)

107. A. EINARIS SIGURDINI, Sacerdotis Heydalensis (vel Eydalensis) Carmen Valedictorium ad 140 ejus in Islandia posteros—quod ipse cecinit anno ætatis 87mo de propria vita et numerosa sobole (additis notis recentioribus auctoris incerti.) [Inter filios ejus unus fuit Oddus sive Otto Einaris, Episcopus Scalholtensis, et inter nepotes Stephanus Olavius, Poëta celeberrimus.] (Rarum et ineditum.)

108. A. CARMINA quædam viri celebris Magni Olavii, Pastoris Laufasensis; Literis Gothicis accurate exarata. (Rara et inedita.)

109. A. COLLECTIO VARIORUM POËMATUM ISLANDICORUM ET LATINORUM, præsertim ab auctoribus celebrioribus Islandis, scil. Jona Aræo (Episcopo Catholico), Brynjulfo Svenonio (Episcopo Evangelico), Theodoro Vidalino, Runolfo Henriciano, Olao Einaris, Hiorleifo Thordæo, et Hallgrimo Petræo. Sunt quædam anonymorum auctorum, scil. variæ vetustæ ac perraræ Conviviales Cantilenæ; Carmina Fasciis intexenda; Einbúaqvædi (querela cœlibis) et pl. Inserta sunt porro quædam Prosaica, Latine, ut; Divisiones et Subdivisiones Magiæ, &c. (Plurima vel omnia inedita et rara.)

110. B. VARIA CARMINA ET EPIGRAMMATA AUCTORIS INCERTI. (Inedita ac verisimiliter unicum jam existens exemplar, (annis 1711—1744 concinnata.)

111. B. PSALMI DAVIDIS, in 108 Hymnos Islandicos translati. Versio antiquissima, omnino inedita. Cuivis hymno sua est addita Melodia, notis Islandorum Musicis designata; jam omnes fere perraræ ac plurimis ignotæ, et multæ

etiam (ut videtur) originales. Inter has melodias una (Psalmi 136) adaptari potest metro vetustissimo Scandinavorum dicto Dróttqvædi, alia autem (Psalmi 139) pro variatione ejusdem, quod Fornyrðalag dicitur, verisimiliter est habenda. Hi musici moduli ac metra genii inter Islandos illius ævi clara sunt monumenta. Est verisimiliter liber hicce vetustus (cujus ultimum folium tantummodo deesse videtur) ignoti at ingeniosi interpretis autographon, atque unicum simul jam existens: literis Gothicis correcte exaratum. OCTAVO &c.

(In hujus codicis tegmine conspicitur, inter alia ornamenta, regii illius Vatis figura, prelo sæpius impressa.)

POËMATA, PRÆCIPUE SACRA, concinnata a Magno Petræo, Toparchiæ Skaptafellensis olim Præposito, ab auctore ipso in unum redacta, et in varias classes divisa, e. g. Threnos, vel Psalmos Pœnitentiales, Consolatorios, &c.; alios festis quibusdam, certis anni temporibus et variis occasionibus dicatos. Collectio rarissima, Auctori Sciagraph. Hist. Lit. ignota. Scripsit auctor circa annum 1628 et sequentes, qua periodo, inter alia, composita est ipsius Tyrkia Svæfa eðr Dilla: i. e. Nænia Turcis soporifera, diras et imprecationes insolitas magico fere tenore proferens in Turcas Alzirenses, qui nuper Islandiam deprædati fuerant. Alia ejus Querela, Veraldar-Spegill (Speculum Mundi) vitia Islandorum præsertim Skaptafellensium coævorum gravissime arguit, cum pluribus similis argumenti, partim naturæ portentosas revolutiones et intemperiem deplorantibus, &c. Est auctoris autographum, ut nomen subscriptum fol. 113 testatur, exceptis foliis primis, quæ, propter veteris chartæ corruptelam, a manu recentiore sunt addita, atque appendicem et indicem alphabeticum. Verisimiliter unicum, quod jam existit, exemplar. 112. B. D.

PSALMORUM ISLANDICORUM Collectio amplissima necnon similium Carminum, maximam partem ineditorum, numero 447 (vel 462 ex alia divisione); literis Gothicis eleganter atque accurate exarata, a Sacerdote Reidarvatnensi. Tres indices (quorum duo alphabetici) sunt additi, nimirum, *a.* primordialis Psalmorum, *b.* realis vel classicus, et, *c.* auctorum cognitorum (numero 36). Inter maxime memorabilia habentur: varia poëtica Me- 113. B. E.

Octavo &c. nologia, Horologia et Abecedaria; Numerorum Biblicorum versus memoriales; Islands Argali: i. e. Exsuscitatio Islandiæ (ævum præsens inculpans); Epicedia clarorum virorum; Quinque diversorum celebriorum poëtarum duplices heptades hebdomadales, (Psalmi, cujusvis hebdomadis diei matutino et vespertino tempori adaptati); Psalmi ad anni, æstatis et hyemis primordia celebranda destinati; Næniæ Pueriles; Encomia Mariæ; Hymnus in Angelos, festo Sancti Michaëlis cantandus, &c.

114. C. Clavis Paradisi, è Scriptis Sanctorum Patrum Augustini, Anselmi, Bernhardi et pl. Psalmis Islandicis 112 constans, et literis Gothicis accurate exarata.

115. B. E. Varia Poëmata Sacra, inter quæ plura Acrostica, nomina variarum insigniorum Matronarum continentia. Calligraphum Gothicis literis scriptum.

116. E. Liber manu propria Finni Magnæi accuratissime exaratus, secundum optima exemplaria, continens carmina pervetusta, prisca Scandinavorum et Islandorum communi lingua composita, hæc nimirum:

A. 1, 2. Merlínus-Spá: i. e. Vaticinium Merlini de Magnæ Britanniæ Fatis; cujus sunt duæ versiones, versibus Islandicis vere poëticis, circa annum 1195, a Gunnlogo, Monacho Thingeyrensi, in boreali insulæ parte, (auctore Historiæ Olai Tryggvini, Norvegiæ Regis, prius Scalholti et nuper quoque Havniæ editæ.) Hæ versiones omnino ineditæ sunt, exceptis strophis nonnullis, jam Latine versis et insertis supplemento Eddæ Antiquioris, (tomi III^{ti} et ultimi pp. 658—660.) Cf. Fragmentum insertum Codici N°. 2 supra memorato, (sub A. ξ.)

[Prædicuntur in Vaticinii hujus posteriore parte varia jam revera perfecta eventa, ut Unio Regni Britannici (Hibernorum, Anglorum et Scotorum:

Ira, oc Engla
Oc Ut-Scota)

et Anglici Regni nominis in Britannicum mutatio:

Eydaz man Eyar

It ensca nafn
Man hon Anglia
Egi köllut,
Kénd er við Brútum
BRITANNIA.

OCTAVO &c.

Posterius regnabit Monareha, amplissimis terris imperans, qui marinis expeditionibus Hispaniam magnopere terrebit, quem etiam extremæ mundi gentes, ut Arabes et Africani, metuent:

Munu' Rabítar
Ræsi ugga
Ut í Heimi
Oc Affrícar
Fár mun vísir
Vídlendr göra
A eð ytra
Ögur HISPANIAM.

Additamentum Carminis, (Merlino ab auctore non adseriptum,) hane penultimam stropham exhibet:

Varð sú en Ensca	Nuper cogebatur
Ætt fyri stundu	Angliea Proles
Veldis missa	Imperio cedere;
Nú er Valser kóngr,	Jam Rex Gallicus dominatur:
þó er þegi enn	Non tamen illorum [Anglorum]
þeirra hætti	Nee populi Britanniei
Lidit af ládi	Existentia disparuit è terra;
Né lids Breta	*At* eujusque ditiones
Hvörs við mæci	Gladio in suam
Hiall eignadiz.	Possessionem redegit.

Sunt transcripta hæc summa diligentia eritice elaborata, leetionibus variantibus in margine additis.

3. Hugsvinns-mál: i. e. Sapientis Melos, Carmen prolixum, ad modum Eddieorum Poëmatum Haviani et Solaris (Hávamál et Sólarljóð) concinne compositum. (Ineditum.) A.

4. Ultima Oddi Sagittarii Cantio de ipsius longinqua vita et heroicis C.

OCTAVO &c. gestis, tam in Septentrione universo, quam Meridionalibus Terris. (Est quidem in Svecia ex aliis codicibus edita, at tantummodo in linguam Svecicam, per Lilliegren, et Danicam, a C. C. Rafn, versa.) Cf. 8 infra.

C. 5. Starcatheri vetustissima Carmina.

C. 6. Cantiones Ketilli Hængi, Gentilis Norvegi, et Contemporaneorum.

C. 7. Cantilenæ Grimi Lodinkinni et aliorum ejusdem ævi; extant (ut et cantiones præcedentes) impressæ et Latine versæ in unica et rarissima, sed pravissima simul, editione Olai Rudbeckii, Upsaliæ 1697. [Danica translatio a C. C. Rafn prodiit 1826.]

C. 8. Oddi Sagittarii et Coævorum Cantiunculæ. (Cf. 4 supra.)

A. 9. Tria Præstantissima Ethnicæ Norvegorum Poëseos Fragmenta, ex historica narratione antiqua et inedita, de Haraldo Pulchricomo, seculi 9ni Monarcha et ejus Aulicis.

A. 10. Gislii Sursonii, Herois pagani Islandiæ (sec. 10mi), Carmen de ipsius Fatis ac Visionibus. (Rarissimum et ineditum.)

A. 11. Versus, quoad scripturam et verba, archaismis scatentes, qui, in pelle vel membrana ignoti generis scripti, ut ferunt, inventi fuere in Promontorio Skagensi borealis Islandiæ, regnante Magno Lagabætero, Norvegiæ Rege, (sec. XIIItii.)

117. A E. COLLECTIO ELEGANTISSIMORUM RECENTIORIS ISLANDIÆ POËMATUM (divisiones habens numero 72), propria Finni Magnæi manu diligenter et accurate exarata: hic inter alia:

α. Varia celeberrimi Jonæ Thorlacsonii, (Miltoni Interpretis) scil. Fabulæ quædam Gellerti, et Bürgeri Lenardo et Blandine, è Germanico idiomate Islandice versæ, necnon aliqua originalia, ut sui ipsius Delineatio &c.

β. Visio (ignoti auctoris) de Miltono, Pope, et Jona Thorlacsonio.

γ. Celeberrimi Gunnaris Pauli Encomium Gunnaris, Hlidarendensis Herois et alia ejusdem auctoris.

δ. Svenonis Sœlviani (celebris Jurisconsulti) Chorea Equestris, (Drösuldans.)

ε. Nyungarnar: i. e. Novitates (Islandiæ allatæ) Satyra famosa seculi medii 18[vi], et plura ejusdem farinæ. OCTAVO &c.

ζ. Variæ lepidissimæ at perquam concisæ Fabulæ.

η. Thorlaci Thorarini Danskylier, (Aura Saltatoria.)

θ. Termini Axarhamarenses, Poëma comicum.

ι. Variorum Epigrammatum Congeries.

κ. Visio Famosi Poëtastri, Vigfusi Jonæi, (vulgo Leirulækensis dicti.)

λ. Multa Vatum clarorum: Jonæ Stenonii Bergmann, Hallgrimi Petræi, Arnæ Gislavii, Gudmundi Bergthoridis, Rustici Thorsteinidis, Thorsteinis Sveinbiœrnonii, Jonæ Hialtalini, Thorvaldi Boedvarsonii, (inter alia elegantissima versio Messiæ Alexandri Pope,) Pauli Jonæi (dicti Skáldi), Bioernonis Jonæi, Davidis Jonæi, Thorsteinis Gudmundini et plurium.

μ. Testamentum Ecclesiæ Cathedralis Sealholtensis (Mandato Regio abrogatæ) 1796.

ν. Aliqua ex Horatio, Ovidio, et Propertio, Islandice versa.

ξ. Ad Calamum, Prosopopœia, Latine, cum versione Islandica. (Omnia rarissima et inedita.)

α. ARKLÍDIR: i. e. Annales Cantiones, vel sex libri de sextupla anni (quasi Indico et Hebraico more), spiritualis tamen, divisione, tripla nimirum æstate, et tripla hyeme, &c. Decantatur autem Piorum in hac vita hyems, sed æterna cœlestis æstas; at, vice versa, Impiorum mundana æstas, sed hiberna inferni conturbatio, &c. Poëma seculi 16[ti] (ut videtur) singularem fictionem non illepide adornans. 118. A.

β. Krossrímur vel Adams-Rímur: i. e. Rythmica Sanctæ Crucis et Adami quoque Historia, in quinque libros divisa, auctore Sigurdo Jonæo, quondam Sacerdote; de visione Sethi et ejus cum Angelo, Paradisi custode, congressu; Crucis Ligni origine ex Arbore Vitæ vel Scientiæ, aut nucleis vel seminibus ejus Pomi, quod Adam infeliciter gustaverat; Ligni ejusdem variis postea in Arabia et Judæa Fatis et Miraculis, &c.

γ. Spakmæla-Rímur, Philosophemata Poëtica duobus libris composita, a Jona Thorsteinide, Sacerdote, (Martyre dicto) 1656. (Cf. N°. 56, 76.)

Octavo &c. δ. Ellifró: i. e. Senectutis Solatium, Auctore Jona Magnæo—Vatis annoso Patri dedicatum.

119. B. Cento historico-philologicus ex antiquis libris Islandicis consutus; Auctore Jona Thorchillio, quondam Scholæ Scalholtensis Rectore. Præmittuntur:

α. Breves Rectorum dictæ scholæ vitæ, inchoatæ ab Oddo Einaris, Episcopo, at a Thorchillio ad annum usque 1728 continuatæ.

β. De Præcipuis veteris Islandorum literaturæ Coryphæis.

γ. Catalogus Monumentorum Islandicorum (literariorum) quæ Thormodo Torfæo innotuerant, ab eodem concinnatus.

Sequitur Opus ipsum continens Glossas et Phrases rariores, vel præ cæteris memorabiles, atque alia quoque excerpta, sæpe Latina explicatione addita, nimirum:

I. *Historica,*

A. Ad ipsam Islandiam proprie pertinentia—è libris sequentibus:

1. Saga Rafnkéls Freysgvda: (inedita.)
2. Njardvíkínga sive Droplaugarsona-Saga: (inedita.)
3. Fóstbræðra Saga: (edita quidem, sed nulla versione illustrata.)
4. Saga Þórdar Hreðu: (perperam edita, et nunquam translata.)
5. Flóamanna Saga: (inedita.)
6. Svarfdæla Saga: (inedita.)
7. Vígalúms-Saga.
8. Bandamanna-Saga: (male edita et non translata.)
9. Saga Hardar ok Hólmveria: (de qua idem est dicendum.)
10. Sturlúnga-Saga: (edita, sed nunquam translata.)
11. Húngurvaka.
12. Laurentius Biskups Saga: (inedita et nunquam translata.)
13. Landnámabók.
14. Schedæ Ara fróda.
15. Kristni Saga vel Kristindóms-Saga.
16. Saga Eríks rauða: (inedita et non translata.)
17. Reikdæla sive Liósvetnínga-Saga: (adhuc eodem modo ignota.)
18. Vígastyrs-Saga: (de qua idem est dicendum.)

19. Flateyar-Annálar. Octavo &c.

20. Niála sive Niáls-Saga.

21. Snegluhalla þáttr: (ineditus.)

22. Vallna-Lióts Saga: (inedita et non translata.)

B. Ad Scandinaviæ et vicinorum quoque regnorum historiam pertinentia:

23. Hálfssaga: (digna ut prodirct, et impressa Latina versione adhuc carens; cf. N°. 128.)

24. Ynglínga-Saga.

25. Saga Halfdúnar Svarta.

26. Saga Haraldar Hárfagra.

27. Saga Hákona goda.

28. Saga af Haraldi Gráfeld.

29. Saga Olafs Tryggvasonar.

30. Saga af Olafi helga.

31. Knytlinga Saga: (bona Latina versione egens.)

32. þáttr Einars Sockasonar: (inedita.)

33. þáttr Helga ok Lióts: (inedita.)

34. Hryggiar-Stycki: (Chronicon Regum Norvegiæ adhuc ineditum.)

35. Volsúnga Saga: (bona Latina versione carens.)

36. Saga Ragnars Lodbrókar: (de qua idem est dicendum.)

C. Exterorum historiis vel traditionibus adscribenda:

37. Postula Sögur: i. e. Vitæ Apostolorum medio ævo in Islandicum sermonem versæ.

38. Karla-Magnúsar-Saga: i. e. Historia Caroli Magni (de qua idem est dicendum.)

39. Bragda-Mávusar-Saga, (Fabula medii ævi Romanensis.)

40. Saga hins heilaga Játvarðar: i. e. Biographia Edvardi Sancti, Angliæ Regis, medio ævo Islandice exarata.

II. *Juridica,*

Ex hisce nimirum Legibus:

1. Grágás sive Gráfygla, (Legum Islandicæ Reipublicæ antiquissimus codex) nuper editus.

OCTAVO &c.

2. Kristinréttr Þorláks oc Ketils sive Jus antiquius Ecclesiasticum Islandiæ.

3. Kristinréttr Arna Biskups: i. e. Jus recentius Ecclesiasticum Islandiæ (Catholico tamen ævo adscribendum).

4. Biarkeyar-réttr, i. e. Jus veterum Scandinavorum maritimum vel commerciale, vulgo Biarkeyense sive Bircense dictum. (Ined.)

5. α. Explicatio difficiliorum Glossarum Legis Vulgatæ Islandiæ, Iónsbók dictæ, anno 1271 editæ, at 1280 vel 1281 promulgatæ. (Auctore Magno Johannæo, Arnæ Magnæi patre, scripta a Jona Thorchillio, secundum illius autographum, primæ dictæ legis editioni anni 1578 vel 1580 annexum, at tum vix legibile. (Ined.)

6. Alia anonyma ejusdem legis obscuriorum locorum illustratio, alia manu scripta, libro huic est affixa. (Ined.)

III. Mythologica et Poëtica vel Philologica, ex Edda juniore Prosaica.

IV. Lexidion Glossarum obsoletarum vel intellectu difficiliorum, cum earum explicatione, auctore Thormodo Torfæo; (cf. supra γ.)

Collectoris vel præcipui Auctoris autographum, et unicum quod unquam exstitit exemplar.

[*Nota:* In Ericianis (supra N°. 1. descriptis) harum plurium veterum Historiarum excerpta reperiuntur:

Eyrbyggia.
Sverris-Saga.
Saga Egils Skallagrímssonar, (vulgo Egla sive Eigla.)
Hrólfs Gautrekssonar-Saga.
Vatnsdæla.
Saga Hákonar gamla.
Saga Egils einhendta.
Halfdánar Eisteinssonar.
Ans Bogsvegis Saga.
Isfyrdínga Saga.
Fridþiófs-Saga.
Laxdæla.
Búasaga.
Þórlaks Biskups Saga.
Bósa-Saga.
Hrólfs Kraka Saga.
Saga Hrómundar.
Greipssonar.
Sörla sterka.
Þáttr Þorsteins hírta.
Saga af Norna-Gésti.
Saga Halfdánar.
Brönufóstra.
Samsonar fagra.
Gríms Lodinkinna.
Orkncjínga-Saga.
Saga Biarnar.
Hítdælakappa.
Kétils Hængs.
Orvarodds Saga.
Þorst. Bæurmagns S.]

120. B. POËMATA SIGURDI PETRÆI (alias Petursson vel Petersen) Comici Islandiæ

præstantissimi, jam Fatis functi, a Finno Magnæo diligenter et accurate scripta, at ab auctore ipso prius revisa et variis locis correcta, (Reikiavici in Islandia 1808.) OCTAVO &c.

1. Varia Carmina, scil. Odas, Epistolas, Epigrammata &c.
2. Poëma Originale Heroico-Comicum, Stella (sive Stellu-Rímur) inscriptum, in libros octo divisum.

Omnia inedita, exceptis pauculis versibus Raskii Grammaticæ Islandicæ insertis.

IN QUARTO.

(*Juridica.*)

STÓRI DÓMR, i. e. Magnum Judicium sive legale edictum, editum in Foro Islandiæ generali anno 1564. Islandice et Danice; cum notis marginalibus. QUARTO. **121.**

CHRISTIANI QUINTI, REGIS DANIÆ, CONSTITUTIONES VARIÆ DE REGNI PONDERIBUS AC MENSURIS (ab Olao Rœmer, Mathematico, ordinatis) adhuc usitatis 1695 et 1698. **122.**

IN FOLIO.

(*Juridica.*)

LEGES ISLANDIÆ ANTIQUISSIMÆ, annis 1120, et 1260; scil. FOLIO. **123.**

A. Grágás, i. e. Anser glaucus, sive Lex Reipublicæ Islandicæ, edita circa annum 1120, pp. 1—389. Codex optimæ notæ, in Octobri 1827 primum Havniæ ex Islandia allatus, atque igitur illius legis (omnium medii ævi legum forte præstantissimæ) primæ editionis, quæ nuper duobus Tomis Havniæ prodiit, non conferendo adhibitus. A.

B. Járnsída (Ferreum Latus) Lex prior Regia, Islandiæ data ab Hacone Norvegiæ Rege, circa annum 1260; pp. 68. adhuc inedita. Exemplar optimæ notæ.

IN QUARTO.

(*Juridica.*)

QUARTO. 124. C. UNIVERSALIS LEX ISLANDORUM, vulgo dicta Jónsbok (Jonæ Liber) a Nomophylace eam primum Islandiæ afferente—edita a Magno Norvegiæ Rege, anno 1280. Exemplar vetus, correctum notisque marginalibus ubique instructum. Accedunt Enumeratio Mulctarum Legalium in certas classes divisarum, et plura Juridica Corollaria.

125. C. E. COLLECTIO vetusta Legum Danicarum (adhuc nulli impressæ editioni adhibita) scil.

1. Skonske Logh: i. e. Lex Scanica, (ante annum 1200.)
2. Kong Woldemars Logh: i. e. Lex Regis Waldemari 2^di^ circa 1240.
3. Kong Woldemars Handtfestning: i. e. Capitulatio Regis Waldemari, (4^ti^, 1340.)
4. Kong Eriks Logh: i. e. Lex Regis Erici forsan VI. 1244.
5. Alia Lex vel Constitutio ejusdem Regis, 1244 &c. (Vid. N°. 4.)
6. Erkebiscop Eskilds Kirkeret: i. e. Jus Ecclesiasticum Eskilli Archiepiscopi, editum anno 1141, cum additamento 1204.
7. Tertia Constitutio Erici Regis data 1244. (Cf. 4, 5.)
8. Variæ vetustæ Constitutiones, Danis datæ.
9. Articuli (Legum) Christophori Regis (2^di^) 1446.
10. Regis Erici IX. Pomerani Privilegia Malmoensia 1415.
11. Regis Christophori 2^di^ Privilegia Malmoensia 1440.
12. Varia Notata ad Historiam Daniæ, ab anno 1452 ad annum 1532.
13. Regis Valdemari IV. Privilegia Malmoensia 1360, cum appendice.

126. A. forte B. TRANSLATIO DANICA RARISSIMA (Rom. 1598) LEGUM NORVEGICARUM a S. Olao primum (circa annos 1020—1030) editarum, cum permultis ejus Successorum vetustis additamentis et edictis, speciali indice enumeratis. (Inedita.)

127. A. VETUSTA atque AMPLISSIMA COLLECTIO PRISCORUM NORVEGIÆ REGUM EDIC-

TORUM, FORI GENERALIS ISLANDIÆ CONSTITUTIONUM, &c. Inedita. (Desunt folia quædam ad init.) QUARTO.

Miscellanea.

HISTORIA HALFI, NORVEGICI PRINCIPIS, CUM MILITIBUS SUIS, Latine versa, ex originali perantiquo Islandico vel Norvegico, a Sigurdo Petersen, Poëta celeberrimo; exemplar unicum (et autographum quidem) jam existens. (Cf. No. 120.) **128.** B. D.

(Versionem Carminum, quæ cap. 11 et 12 continentur, addidit Finnus Magnæus.)

DISSERTATIONES DOCTORUM ISLANDORUM ineditæ, Latine compositæ, nimirum: **129.**

a. Marci Magnæi de Religione Majorum Septentrionis Gentium, præsertim Cultu Othini. B. D.

b. Ejusdem de Incunabulis et primis Augmentis Religionis Christianæ in Daniæ Regno. B. D.

c. De Physicis Islandiæ revolutionibus. (Anon.) B.

d. De pristino et hodierno Islandiæ Statu. (Anon.) B.

[*e.* De Equi, etiam Islandici, præstantia. Vid. 145, *a.*] B.

Verisimiliter unica, quæ jam existunt, exemplaria.

a. VARIORUM ISLANDICORUM POËMATUM (e magna parte rarissimorum et omnium ineditorum) Collectio; inter alia, pervetusta Cantilena de Tristramo et Isota (alias vulgo Isolda). **130.** A.

b. Brúdkaups-Sidabók: i. e. Liber Ritualis Nuptiarum e prisco Islandorum more, cum Cantilenis et Perorationibus; vetustus, rarissimus et ineditus.

IN OCTAVO.

PSALMI DAVIDIS, ex Hebraico idiomate in Islandicum versi a viro doctissimo **131.** A. B.

Octavo. Paulo Biœrnonio. Inediti. Forte exemplar unicum jam existens, cum Præfatione Darii Johannis.

132. Adversaria Poëtica, Historica, &c. Literaturæ Islandicæ, a variis rustici
A. cis hominibus scripta et collecta. Sectio 1ma: 1. Variæ denominationes Odini &c. 2. Fabula Comica de Polycarpo Equite, translata a Jona Stenonio. 3. Visio Magni Petræi, Islandi, 1629. 4. Haldani Bœrki Filii Historia, sex Cantionibus constans. 5. Quædam Metrorum genera Latino-Islandica, auctore Jona Theodori. 6. Benedicti Bect Liúflíngr, sive Tractatus Metricus de Genio, ex Islandorum superstitione et Somnii Katliani tenore, (cf. N°. 6, I, κ.) 7. Island: i. e. Islandiæ Autobiographia, celebre Eggerhardi Olavii Carmen. 8. Poëmata Varia, inter alia Gudmundi Bergthorii Heimsspekíngaskóli sive Schola Philosophorum. 9. Legenda de Septem Dormientibus. 10. Enumeratio Biographica Sacerdotum Thingvallensium ab anno 1515 ad annum 1780. (Omnia rara et inedita.)

133. Adversaria Islandica, &c. (Sect. 2da:) 1. Ilias (sive Bellum Trojanum)
A. secundum medii ævi Islandicam Paraphrasin poëtice exposita; deest initium: inedita. 2. Poëma de Eberhardo, Vestphaliæ Principe, constans Cantionibus quindecim: ineditum. 3. Poëma Epicum de Amurathe, Turcarum Imperatore: ineditum. 4. Vigfusi Johannæi Barnaljóð sive Næniæ Pueriles. 5. Novem Carmina in Historiam Infantiæ Jesu Christi: inedita.

134. Adversaria Islandica. (Sect. 3tia:) 1. Poëmata permulta, rara et inedita,
A. ut: Dagferdarvésur: i. e. Iter Unius Diei (Fabula Allegorica de Vita Humana); variæ aliæ Fabulæ; Carmen Gédfró (Solatium Mentis), Kóngs Hugvekja (Meditatio Regia); Numeralia Biblica; Epistola Abgari; Eventa Islandica rhythmice descripta; Poëma, continens varia medica consilia, &c. 2. Diversæ annotationes, historici, physici, medici, cabalistici, astrologici, et meteorologici argumenti. 3. Enumerationes Islandiæ Parochiarum, Templorum et Emporiorum. 4. Annotationes quædam ad Historiam Juris Islandici, nonnulla vetusta Edicta et Formulæ juridicæ, Explicationes Glossarum obsoletarum, &c. 5. Relationes de Insula Biarnarey et aliis In-

sulis et Litoribus juxta Islandiam, parum notis. 6. Brevis Descriptio Daniæ. 7. Vita Biarnii Gissurii et pl. 8. Visiones variorum Islandorum (et pl.) 1626 et 1627. 9. Epistolæ Lentuli et Pontii Pilati de Jesu Christo. Omnia (excepto uno carmine, dicto Islands Argali) inedita. OCTAVO.

ADVERSARIA ISLANDICA. (Sect. 4ta:) 1. Vita Bartrami Itali, quinque Cantionibus exposita, a Gudmundo Bergthorio, &c. 2. Varia Medica et Physica (ad Historiam Naturalem Islandiæ, &c. pertinentia.) 3. Vita celeberrimi Brynjulfi Svenonii, a Torfio Jonæ, ejus Fratruele, scripta. 4. Vita Jonæ Arnæi Episcopi Scalholtensis. 5. Multæ Annotationes Historicæ, præsertim de Islandia. 6. Multa ad Ichthyologiam Islandicam, vel potius Hyperboream, pertinentia. 7. Asnakálkr, Fabula Ethica, prolixe sed lepide exarata. 8. Odæ variorum (præsertim Gudmundi Bergthorii, cui alii occinuerunt) de calanticis muliebribus, dictæ Skautajióð. 9. Theses Astrologicæ de Signis Zodiaci. 10. Magni Petræi Tyrkjasvæfa sive Exsecratio in Turcas. 11. Acta Ambrosii et Rosamundæ, quinque Cantionibus descripta. 12. Fabula prosaica de Theodiele Equite. (Omnia inedita.) 135. A.

ADVERSARIA ISLANDICA. (Sect. 5ta:) 1. Varia Mineralogica, Medica et Magica. 2. Relatio de Primordiis Reipublicæ Islandicæ, &c. 3. Enumeratio Parochiarum Islandiæ Borealis, annotatis Sacerdotum fixis salariis. (Inedita.) 136. A.

ADVERSARIA ISLANDICA. (Sect. 6ta:) 1. Varia Medica, Physica, Magica, Astrologica et Computistica. 2. Systema completum Chiromantiæ. 3. Tractatus de Herbis Medicis, &c. 4. Runarum varia nomina, figuræ et significationes; de earum ad Magiam applicatione, &c. 5. In folio annexo: Regulæ, anni prima nocte in excubiis superstitiosis observandæ—poëtice expositæ. (Omnia inedita.) 137. A.

LEXIDION MEDICUM ISLANDICUM, auctore Thorchillo Arngrimio (Vidalino) ined. exemplar optimæ notæ. 138. A.

ALIUD LEXIDION MEDICUM ISLANDICUM, auctoris incerti, scriptum 1675, ineditum. 139. A.

OCTAVO. 140. B. D. LEGES OLAI PRIMI REGIS BAVIÆ NOVÆ, &c. (Islandice) penitus fictitiæ; verisimiliter exemplar unicum jam existens.

IN FOLIO.

FOLIO. 141. A. OPERA BRANDI JONÆI, Episcopi Holensis, nati circa annum 1200, jussu Magni, Norvegiæ hæreditarii Principis et postea Regis, conscripta, vel e Latino sermone versa, adhuc penitus inedita, nimirum:

A. Liber, dictus Stjórn, continens,

1. Paraphrasin librorum historicorum Veteris Testamenti (cum introductione originali Cosmogonica et Geographica) additis multis Glossis, Traditionibus et Sententiis, medio Ævo acceptis—usque ad mortem Joachimi sive Jechoniæ Regis.
2. Historiam Alexandri Magni, (alioquin sæpius separatam.)
3. Historiam Hebræorum sub Regibus Syriæ, propriis principibus, et Romanis, usque ad Destructionem Hierosolymæ.

B. Historia Romanorum, (vulgo Rómveria-Saga.) Hæc rarissima Collectio merito inter præstantissima veteris Scandinavicæ sive Islandicæ linguæ monumenta habetur.

IN QUARTO.

QUARTO. 142. A. CODEX JURIDICUS continens varias Leges ac vetera Regum Norvegiæ Edicta, multa Statuta et Sententias Fori generalis, Synodalia Episcoporum, &c. Pleraque rara et inedita. (Præfixa est Explicatio Glossarum Juris Islandici obsoletarum, Auctore Biorno Jonæo, Skardsaensi. Exemplar coævum et forte autographum.) Ined.

143. A. D. ALIA JURIDICA COLLECTIO, (Benedicti Magnæi Bechchoronomi Skagafjordensis autographa, anno 1696,) rarissima et inedita; verisimiliter unicum jam existens exemplar, et auctori Sciagraphiæ Historiæ Literariæ Islandorum ignotum.

Jus Christianum Islandiæ reformatum 1575, addito Jure Matrimoniali. Quarto.
Calligraphum, (ineditum.) 144.
A.

Dissertatio de Lingua Scythica sive vetere Danica, auctore celeberrimo Gunnare Pauli. Latine. Autographum, ac verisimiliter unicum quod jam existit exemplar. Ined. (Accedit Diss. anon. de Equi Præstantia; vid. 129.) 145. B D.

Doctissimi Ejolfi Jonæi, vulgo Vallensis dicti, Schediasma de voce Bőndi et ejus significatione; exemplar vere optimum et completum. Latine. (Ineditum.) 146. A.

α. Pauli Vidalini, Jurisconsulti et Philologi celeberrimi Disquisitio de quibusdam rarioribus Vocabulis in libro vulgo dicta Iónsbók sive Vídalíns Postilla. (Incd.) 147. A.

β. Objectiones Ejolfi Jonæi contra eandem Disquisitionem. (Ineditæ.)

γ. Pauli Biœrnonii, Theologi doctissimi Jólatölur: i. e. Dissertatio de vero Christi Nativitatis Tempore, (in mense Martio.) Rarissima et inedita; Auctori Sciagraph. Hist. Lit. Island. ignota.

a. Vita Sigurdi Taciturni (Saga Sigurdar þavgla) (Fabula Romanensis Medii Ævi). Rara et inedita. 148. A.

b. Pars magna Historiæ Brodd-Helgii Islandi, (Brodd-Helga-Saga,) medio Ævo conscriptæ: (inedita.) A.

c. Brandkrossa þáttr, (Traditio antiqua et Mythica quidem de Bove dicto Brandkrossi.) C.

d. Fljótsdæla sive Droplaugarsona-Saga: i. e. Historia Fliotsdalensium vel Droplaugæ Filiorum, Heroum Islandorum; medio Ævo conscripta: (inedita.) A.

e. Relatio antiqua de Hemingo Aslaci Filio, Norvego, ejusque in Anglia gestis (seculo undecimo) &c. (Inedita.) A.

f. Historia Doctoris Fausti; verisimiliter e vetere Germanico originali versa. A.

g. Grœnlands-Saga: i. e. Grœnlandiæ descriptio. Islandice: (rara et inedita.) A.

QUARTO. *h.* Descriptio Finmarchiæ. Islandice. (Inedita.)
A. *i.* Disquisitio Historica de Grœnlandia. (Inedita.)
A. *k.* Brevis Relatio de Insulis Færoensibus. (Inedita.)

149. *a.* PSALTERIUM DAVIDIS AB ODDO ODDI FILIO ISLANDICE VERSUM, cum
A. Melodiis plerumque inusitatis et incognitis. (Ineditum et rarissimum.)
b. Olai Brynjulfi Tractatus de Musica Islandica: rarissimus et ineditus. Vid. Sciagraph. Hist. Lit. Island. pag. 177.

150. COLLECTIO PERRARA POËMATUM ISLANDICORUM, inedita, excepto Carmine
A. dict. Lilium, alioquin Finni Johannæi Historiæ Ecclesiasticæ Islandiæ T. 2do inserto, lectionum è decem Codicibus variantium congerie instructo.

IN OCTAVO.

OCTAVO.
151. ADVERSARIA BIBLICO-HISTORICA THEOLOGICA ET ETHICA; anon. (Inedita.)
A.

152. ARNGRIMI JONÆ ANATOME BLEFKENIANA vel REFUTATIO CONVITIORUM IN
A. ISLANDOS ET ISLANDIAM, &c. manu Hallgrimi Thorlacii accurate transcripta.

153.
B. D. EXEMPLAR præstantissimum libri impressi de veteri Islandorum Jurisprudentia, Processu et Politia agentis, inscripti: *Historisk Indledning til den gamle og nye Islandske Rettergang af John Arnesen, igjennemseet, forögет og med Anmærkninger oplyst af John Erichsen Kjöbenhavn,* 1762 (4 maj.), cum annotationibus MSS. ipsius cl. editoris.

Ph. Vioe